Was in denen hiewider klagender Theils [64] & seqq. übergebenen Replicis, darauf von beklagtem Theil [102] verhandelten Duplicis, weiters von erstem Theil [107] & sequent. fürgebrachten triplicis, und endlich, weil immittelst nicht allein die beklagte Frau Fürstin zu Nassau Hadamar, sondern annehbst derselben Tochtermann, Marquis de Westerlohe, Todes verfahren, decreta & [129] reproducta citatione ad reassumendum, nach vielen durch Bestellung eines Caratoris ad litem, weil die damahls annoch lebende Frau Marquisin von Westerlohe wegen blöden Verstands keine Vormundschaft ihrer Kinder antretten, weder in judicio erscheinen können, und darauf bey Kayserl. Reichshofrath auf Sr. Churfürstl. Gnaden zu Trier erkannten Tutorii veranlaßten Umtrieb [140] & sequentibus exhibirten Quadruplicis samt Beysagen diesen beyderseitigen Handlungen ausführlich vorgestellt und aus denen Rechten deduciret worden, dörfte hieselbst in facto umständlicher anzuführen um so überflüssiger seyn, weil auffer dem, was bereits aus der Geschichte præmittiret ist, alles übrige Sachen seynd, welche jura & merita utriusque partis betreffen, und in dem hierunter gehorsamst eröffneten rechtlichen Gutachten ihren Platz finden.

§. 30.

Des klagenden Theils Anwalt hat nach der Hand Mensē Nov. 1735. die jenseitige letztere Handlung quadruplicis, auf den Fall, wo selbige der in exhibendo begangenen Verspähung ohngeachtet bey denen Actis gelassen werden sollte, per generalia juris & facti widersprochen, und ad Sententiam submittirt.

§. 31.

Obzwar nun der Nahmens des beklagten Theils Mensē Martio 1736. erschienene neue Anwalt, Lic. Beylach, mit Wiederholung alles dessen, was vorhin Sieg-dienlich gehandelt worden und mit Annehmung des jenseitigen ad quadruplicas gethanen generalen Widerspruchs, bis nach eingenommenen Unterricht ex actis sich ulteriora reserviret, fort in Recessu ulteriori vom 14ten Mart. ejusdem anni sothanen seinem Vorbehalt inhæriret hat, so ist doch von demselben weiters bis auf heutige Stund, also binnen 18. Jahren, nichts fürgebracht, dahero kein Bedenken, daß eine förmliche Submission ad Sententiam von beklagten Theil zu erwarten, oder selbigem an noch aufzulegen ohnnöthig, vielmehr die Sache, welche ohnehin zur Genüge instruiret, und worinn die Gesekmäßige Schriftenzahl überflüssig verhandelt ist, ex officio für beschlossen anzunehmen; Nur dieses ist noch

§. 32.

Zu bemerken, daß bey Insinuirung der ad instantiam partis actricis erkannten und ^[128] reproducirten Citationis ad reassumendum, der Gräfl. Merodisch f. Westerlohische Rentmeister Bartenscheuer sich gröblich vergangen, und die Insinuation anzunehmen nicht allein verweigert, sondern annehbst die vom Cammerbotten dargereichte ihm zugestellte Kayserl. Original-Citation auf die Erde und besagtem Cammerbotten vor die Fuß niedergeworffen habe, dahero der Kayserl. Fiscalis dieser Ungebühr halber sich seines Amts zu gebrauchen, per Sententiam vom 27ten Mart. 1723. erinnert, von Fiscali auch per Recessum vom 3ten Jun. ejusd. um diese Vermessenheit wenigstens mit etlichen Mark löthigen Golds anzusehen begehret, sodann daß selbiger diese Straf ipso facto verwürket habe, in Recessu vom 16ten April 1743. angezeigt, gleichwohlen von Seiten des Freyers, als welchem die Urtheil vom 17ten Mart. 1733. und das darauf erfolgte fiscalische Narufen hat unbekannt seyn und verbleiben können, keiner erschienen, noch ex parte fiscalis nach besagten 1734sten Jahr darinn weiter gehandelt worden.

VOTVM.

Prælecta Facti specie, cum modum & ordinem, qui in supremo pariter, ac augustissimo Cameræ Imperialis Judicio in ponderandis & ad accuratam justitiæ causam dijudicandis causis receptus & hucusque in omnibus, quæ publicam conspexerunt lucem, relationum pro statu speciminibus observatus fuit, debite insequendo,

Primam meditationem de formalibus processus suscipere & in hujus

Membro 1. personas litigantes sistere,

Membro 2. Genus litis explanare,

Membro 3. denotatione objecti litis pergere,

Membro 4. ratione fundatæ summi hujus judicii jurisdictionis quædam observare,

Membro 5. in legitimationis rectitudinem inquirere & denique

Membro 6. reliqua processus formalia percurrere,

Secundam vero Meditationem de materialibus instituere animus est, quæ secundum diversa litis objecta separatim dispicientur, actiones respectu eorum institutæ proponentur, hæ cum exceptionibus a parte rea prolatis examinabuntur, quæstiones hinc inde emergentes resolventur, ac quædam quoque causæ accessoria in medium adducentur, ut denique concepta tenui meo judicio Sententia agmen clausura sit.

Sit

Sit itaque

MEDITATIO I.
DE
FORMALIBVS PROCESSVS
ejusque
MEMBRVM PRIMVM
de
Personis litigantibus.

Quarum intuitu ex Schematibus Genealogicis ab utraque parte productis animadvertendum venit, quod Comes Wilhelmus in Wied suam partem des *Bienenfangs*, scilicet *das Dorf oder Gericht Seck Ao.* millesimo sexcentesimo undecimo Domui Leiningen-Westerburgico vendiderit, Comes Reinhardus in Leiningen-Westerburg vero eundem pagum *Seck* cum appertinentiis anno millesimo sexcentesimo trigesimo septimo in Comitem Joannem Ludovicum in Nassau-Hadamar, erga receptam duodecim millium quadringentorum & quinquaginta Florenorum summam juxta tabulas emtionis venditionis [59] proprietarie traderit. Comite Wilhelmo Venditore defuncto, successerunt eidem ex fratre Nepotes, nempe Joannes Wilhelmus, Hermannus II. & Philippus Ludovicus, quorum solus Hermannus II. in Regimine Wied-Runkelano sequens quinque filios Comites, nempe Fridericum, Mauritium Christianum, Wilhelmum Ludovicum, Hermannum & Joannem Ernestum progenuit; successit in Comitatu Wedano filius natus maximus Fridericus 1638. qui vero retento Comitatu Neo-Wedano, Comitatum Wied Runkelanium fratri suo Mauritio Christiano Anno 1640. tradidit, Comes Mauritius Christianus cum consensu suorum fratrum pagum *Obertieffenbach* Anno millesimo sexcentesimo quadragesimo nono in Comitem Joannem Ludovicum juxta [18] & [61] alienavit. Idem Comes Mauritius Christianus in Wied Runkel pagum *Obertieffenbach* juxta [25] anno millesimo sexcentesimo quinquagesimo ab oneribus publicis irrequisito Fratrum consensu exemit, eademque suis terris & subditis imposuit, nec non superioritatem territorialem Domui Wedano in Sylvis *Mörs* & *Breitenlohe*, nec non in Sylvis dictis *Wiedbach* & *Hengen*, a Communitatibus Runkelanicis, *Hectolshausen* & *Schuppach* venditis, competen-

tem erga summam sexcentorum imperialium, equum & quosdam restantes redditus abdicavit. vid. [25].

Mauritio Christiano Venditore cum Fratribus Wilhelmo Ludovico & Hermanno improlibus e vita discessis, frater eorundem Joannes Ernestus cum beneficio legis & inventarii vid. [32] in successione Comitatus Runkelani & huic filius suus unigenitus secutus, qui autem ex certis, ut allegatur in [100] causis jus suum in dicto Comitatu Wedano patruo suo Friderico Anno 1691. cessit.

Hic Friedericus, qui secunda vice Regimine Comitatus Wied-Runkelano potitus fuit, duos habuit filios, quorum natu minor Fridericus Wilhelmus lineam Neo-Wedanam propagavit, de quo hic sermo non est.

Natu major Georgius Hermannus Reinhardus vero ante patrem suum Fridericum relictis duobus Dominis Filiis, nempe Maximiliano Henrico & Carolo, supremi Camerae Imperialis judicii Praeside illustrissimo & longe meritissimo, diem clausit supremum, absque quod unquam ad regimen pervenerit.

Saepefatus Fridericus, vel ob ingravescentem aetatem, vel ob alias moventes causas consilium abdicandi Comitatum Runkelanum in Nepotem ex filio suo dictum Maximilianum Henricum coepit & revera Anno 1692. juxta [35] abdicavit.

Comes Maximilianus Henricus orta sub initio regiminis inter illum & Principem in Nassau-Hadamar in puncto lapidis terminalis controversia, contra transactionem, alienationem sylvarum & exemptionem ratione *Obertieffenbach* Anno 1700. vigore [39] protestatus est & in Anno 1706. diem clausit postremum.

Reliquerat Maximilianus Henricus conjugem viduam Sophiam Florentinam, natam Comitissam de Lippe & duos filios, nimirum Joannem Ludovicum & Wilhelmum Alexandrum, quorum nomine vidua Tutrix Anno 1712. processum praesentem instituit, quem filius natu major Joannes Ludovicus Adolphus, qui vicibus moderni actoris suagitur, ad submissionem usque profecutus est.

Processum huncce contra Principissam viduam in Nassau-Hadamar institutum esse, Rubrum primo demonstrat intuitu. Quantum ex Tabellis Genealogicis publicis percipere licuit, successio Principatus Hadamariensis a Joanne Ludovico, Emptore Pagorum *Seck*, nec non *Obertieffenbach*, in filium suum Mauritium Henricum, ex post Nepotem Franciscum

clium Alexandrum devoluta
vi Wilhelmi in Hesse-Rhe-
filias, Elisabetham Franciscus
at politica Anno 1711. absq
Principatu, item nomine filii

Filius autem majoris Eli-
Matrimonii junctis, nomi-
Indicat vero Anno 1732.
Procuratore abstris Lto
Wetelshoe continet ad
que Supremam Camerae
ipis Actricis, Curator
tentum de 27. Dec. 1734

Quodsi obtemperare vero
de Wetelshoe ad aucto-
ritas Dominii Electori Theor-
etiam suscepta Anno 1734
descriptis hinc abstris Anno
finitis, absque qua Curator
habe potest rei fallit.

MEMBR.

Genus hinc, quod actus
simplicis quae in Camera
ad hoc hinc tenet modi,
quodsi, unumque per viam
applicari potuit, cum ab
re justificabile, periculum
cis Reipublicae reputatur

C. O. C. P. 2. T.

Blum. Proc. Can.

Roding. L. 1. Th.

Schwanen. Ost.

Quorum neurum in
constat & ex iura dicend
locus esse potuit, quanti-
annis quiete posselli &c.

ciscum Alexandrum devoluta, qui cum Elisabetha Catharina, Landgraviæ Wilhelmi in Hessen-Rheinfels filia, inito matrimonio duas progeniit filias, Elisabetham Franciscam Augustam & Charlottam Wilhelminam, ac postea Anno 1711. absque prole mascula mortuus est, relicta vidua Principissa, litem nomine filiarum per multos Annos sustinente.

Filiæ natu majoris Elisabethæ Franciscæ, Marquisio de Westerlohe Matrimonio junctæ, nomine comparuit Ltus Heeser senior Anno 1731. Indicat vero Anno 1732. dictum Marquisium e vita discessisse, petita a Procuratore actoris Lto Ziegler & decreta contra viduam Marquisii de Westerlohe citatione ad reas. imbecillitas mentis dictæ viduæ palam fit, quæ Supremum Camerae Imperialis iudicium eidem ad implorationem partis Actricis, Curatorem ad lites in personam Lti Heeser sen. per Sententiam de 23. Dec. 1733. constituere permovit.

Quandoquidem vero supra allegata mentis imbecillitas viduæ Marquisii de Westerlohe ad aures S. C. Majestatis, pervenit, sua Cæsarea Majestas Domino Electori Trevirensi Curatelam juxta [135] demandavit, qui eadem suscepta Anno 1734. juxta [138][139] procuratorem Ltum Heeser & post ejus obitum Anno 1736. Lt. Weylach juxta [151] ad acta constituit, adeoque qua Curator viduæ & minorennis Marquisii de Westerlohe partes rei sustinet.

MEMBRVM SECVNDVM.

Genus litis, quod attinet, constat, eandem per viam citationis, seu simplicis querelæ in Camera Imperiali esse introductam, quanquam vero ad huc alii dentur modi, jus suum in supremo hocce Dicasterio persequendi, nimirum per viam Mandati & Appellationis, neuter tamen hic applicari potuit, cum ad impetrandum Mandatum S. C. factum nullo jure justificabile, periculum in mora, Damnum irreparabile, aut perniciæ Reipublicæ requiratur.

C. O. C. P. 2. Tit. 23.

Blum. Proc. Cam. Tit. 34. N. 69.

Roding. L. 1. Tit. 12. §. 36.

Schwanem. Obs. 124. 134.

Quorum neutrum in præsentī litigio adfuisse ex prælecta Facti specie constat & ex infra dicendis latius patebit. Nec etiam Mandato C. C. hic locus esse potuit, quandoquidem pagi quæst. a parte rea a multis retro annis quiete possessi & nihil quidquam intervenit, quod supremi judicis

animum a præcepto incipere, movere valuisset, ut exigua inter proces-
sum Mandati C. C. & Citationis intercedentis differentia taceam, nemi-
nem enim latet, Mandata cum clausula post comparitionem partis impe-
tratae resolvi regulariter in simplicem Citationem & in utroque processu
terminos pares & modum procedendi eundem esse.

Waldschmidt in Disp. de jure ulteriorum §§. fin.

Dixi, mandata cum clausula post comparitionem impetrati resolvi regula-
riter in simplicem Citationem, dantur enim casus a

Lynckero de Gravam. extrajud. L. 5. S. 1. §. 13. N. 11.

allegati, qui exceptionem a regula constituunt, hujus loci tamen neuti-
quam sunt.

Multo minus remedio appellationis uti potuit pars Actrix, licet enim
Domina rea ad factam super Aufregis requisitionem siluit, nec judices
Aufregales denominavit, jura autem nos edocent, quod a denegata
justitia etiam omisso medio ad superiorem appellari possit.

Gail 1. Observ. 119.

Minsing. Cent. 1. Obs. 67.

Seaccias de appellat. qu. 7. N. 43.

Attamen in casu, ubi quis coram Aufregis conveniendus, duplici
saltem modo causa ad Cameram Imperial. devolvitur, nimirum per viam
protractae vel denegatae justitiae, vel per viam appellationis.

Hæc posterior præsupponit judicium Aufregarum jam constitutum,
quod in casu nostro irreperibile, adeoque vidua actrix processum citatio-
nis allegando denegatam a parte rea justitiam, rectissime elegit, insimul-
que causam principalem in Camera Imperialis Judicio persecuta est.

MEMBRUM TERTIUM.

DE

Objecto litis.

Ratione hujus pars actrix in primordiali libello [1] sibi haut fuit
certa, nam in medio conclude di fol. 14. dicit tantum, æquum esse, quod
ipsi soluta pro vendito pago Sect onera Imperii ac publica restituantur,
ac illa ratione horum pro futuro eximatur, vel dictus pagus cum perti-
nentiis domui Wedano NB. *wiederkäuslich* relinquatur, quanquam vero
Actori sedulo cavendum, ne discordent narrata & conclusio libelli.

Struv. ad Antonii Matthæi Tract. de judiciis C. 6. §. 23.

attæ

attamen ex conclusione libelli, quæ restringit narrata ad ea, quæ expresse in conclusione dicuntur.

Gail. 1. Obs. 61. N. 15.

& ad quam Judex magis, quam ad narrata attendere debet
Vinnius in process. disp. 6. n. 54.

Constat Imo.

Revocari das Gericht Seck, oder die Dorffschaften Seck und Stöcken sum pertinentiis, welches Graf Wilhelm zu Wied zweyter Linie Anno 1611. an den Grafen Johann Ludwig zu Nassau verkauft.

Ido. Vindicari pagus Obertieffenbach, so Graf Moriz Christian zu Wiedrunfel Anno 1649. gedachtem Grafen Johann Ludwig zu Nassau käuflich überlassen.

Illtio repeti onera Imperii per Comites Wedanos ratione horum avulforum usque in hodiernum diem indebite soluta.

Hæc tria litis objecta in libello vel supplica pro Citatione [1] differ-tis verbis sunt expressa: um zu sehen und zu hören, wie die Alienationes des Gerichts Seck und Dorfs Obertieffenbach cum pertinentiis revociret und cassiret, alle durch die Wiedrunfelische davon entrichtet und getragene Onera Imperii & publica, so sich etlichmal höher, als das Kaufgeld, be-tragen, zurück gefordert werden.

Cum vero in præfata Supplica fol. 13. ulterius Comitem Mauritium Christianum duas Sylvas Mors & Breitenlohe Anno 1650. 27. Oct. proprietarie tradidisse Joanni Ludovico, Comiti in Nassau-Hadamar, nec non alias duas Sylvas Wiedbach & Hengen nominatas cum Superioritate territoriali in eundem transtulisse, allegatum reperiatur & in conclusio-ne petatur, zu erkennen, daß der Kaufhandel nicht beständig, sondern zu cassiren und Frau Beklagtin zur Restitution anzuhalten seye, hinc supra-mentionatis tribus litis objectis addi debuisset.

IVtum consistens in repetitione Superioritatis territorialis derer vier Waldungen, Mors, Breitenlohe, Wiedbach und Hengen, welche durch Grafen Moriz Christian zur Nassauischen Hoheit nichtiglich geschlagen worden.

MEMBRUM QVARTVM

Ostendit

Fua-

Fundatam esse omnino Jurisdictionem Cameralem. Equidem notam temeritatis me incursum non nemo diceret, si ea, quæ a Supremo Senatu hoc in puncto jam stabilita & respectively per Sententiam d. 9. Mart. 1714. rejecta sunt, sub dijudicationem revocare ausim; ast veniam gratiosissimam me eo circa impetraturum eo magis confido, cum mei qua Referentis pro statu officii ratio ex gat nihilominus, rationi ejusdem puncti, qui in deliberationibus causarum in summo judicio pendentium & noviter illuc, vel per viam Mandati & Citationis, vel Appellationis introducendarum quotidie fere occurrit, investigationem aliquam instituendi & desuper Sententiam meam proferendi. Ad rem ipsam itaque progrediendo, extra omnem contestationis aleam positum est, jurisdictionem supremi Camerae Imperialis judicii contra immediatas personas, utpote Electores, Principes, Comites, Barones & sic porro fundatam esse, nisi quis ab eadem eximatur & regulam fundatæ jurisdictionis semper obtinere, nisi probetur exceptio lege vel privilegio suffulta, quidquid Textor ad Recessum Imperii Nov. Disp. 2. §. 41. contra Textum

Ord. Cam. Part. 2. Tit. 27.

in contrarium differere ausit. Exceptio autem contingit vel in totum per immunitatem, de qua hic negotium mihi non est, vel in tantum a prima solum instantia per consuetudinem vel privilegium scilicet austregarum, quod in omnibus causis lege non exceptis locum habet, nec a judiciis Imperii supremis præteriri debet.

Inst. P. W. art. 5. §. 56.

Rec. Imp. Nov. §. 99. 162. &c.

C. Imp. Nov. art. 18.

Hinc in propatulo existere opinor, Principissam in Nassau-Hadamar, eo quod immediata fuerit, in prima instantia in via simplicis quærelæ conveniri non potuisse; sed primam Instantiam austregalem cæteris paribus locum habuisse, quare etiam pars actrix in suo libello [1] hujus requisiti nullam mentionem fecit, sed pro fundata jurisdictione Camerali denegatam a parte Dominae Reæ justitiam & quia loca quæstionis inter domum Hadamariensem & Nassovicam essent litigiosa, allegavit.

Supremum Camerae Imperialis judicium citationem recte decrevisse, unus quisque processus cameralis haud ignarus asserere debet. Etenim requisitio super austregis juxta [42] rite erat facta, tertia via in ordinatione Camerali

Part. 2. Tit. 4. §. 7.

præscri-

Observat. DCCCCLXXXII
 præscrip-
 tione, utpote actori
 innotuit, ab actu vero
 ita columnis & non fuit
 Cetero ergo ab actore de
 jura vestimus leges Imp
 Quæstio hic moveri
 facti factis & canon plus
 requirunt?
 Opinatur quidem
 Berlich Part. 1.
 in casu judicialiter pen
 sententia non omnino
 Gall. L. 1. Ob
 firmato, unicam re
 me debent posse, et
 gaveri justitiam. In
 cas, sed deo inopellat
 ut nunc contrarium
 L. 1. p. 11. de de
 L. 1. §. 1. de
 Interim quantum ex præ
 peralis justitiam in ejusmo
 mortales detentore & his
 mediante citatione advoca
 ficiam requirit vel det
 Aliter se res habet
 certe positionem, comm
 est, ut ut actus requ
 sed potius Cameram
 nullæ referunt.
 Vultrei ad L.
 Greveus in Ca
 Mining Gene.
 Porro pars actrix
 domum Hadamariensem
 doctorum obvertentis
 quidem fecit, hanc ca
 bavir, quanquam in
 Cræmeri Objerv. 111

præscripta, utpote actori utilior, electa & requisitio ipsa Principissæ reæ insinuata, ab eadem vero libellus actionis vid. [43] ex ratione, quia iste calumniis & non fundatis postulationibus refertus, remissus.

Casus ergo aderat denegatæ justitiæ indubius, qui forum Camerale juxta notissimas leges Imperii fundat.

Quæstio hic moveri posset, an hæc unica requisitio super austregis fatis fuisset & annon plures, uti in casu protractæ vel denegatæ justitiæ, requirantur?

Opinatur quidem

Berlich Part. I. concl. 35. n. 72.

in causis judicialiter pendentibus trina requisitione esse opus, hæc tamen sententia non omnino placet.

Gail. L. I. Obs. 28. n. 5.

affirmando, unicam requisitionem sufficere & hæc Sententia fortasse non male defendi posset, si judex serio & instanter requisitus expresse denegaverit justitiam. In ordinatione Camerale nulla requisitionis multiplicitas, sed seria interpellatio & expressa denegatio requiritur & regulariter ad moram contrahendam unicam requisitionem sufficere expeditum est.

L. 32. p. ff. de usur.

L. 87. §. 1. ff. de Legat. II.

Interim quantum ex praxi discere licuit, hoc augustissimum Cameræ Imperialis judicium in ejusmodi casibus viam tutiorem incedere, prius promotoriales decernere & his sine effectu manentibus causam principalem mediante citatione advocare solet. Sed hæc de requisitione, ubi judex justitiam protrahit vel denegat.

Aliter se res habet in austregarum judiciis. Unicam ibidem sufficere requisitionem, communis Doctorum, legibus Imperii suffulta, sententia est, ita ut acturus requisitione semel facta ad ulteriorem non teneatur, sed potius Cameram Imperialem adire possit, idque crebrius ita obtinuisse referunt.

Vultej. ad L. I. Cod. ubi Senatores V. Clariss. n. 46.

Græveus in Concl. 28. n. 5.

Minsing Cent. I. Obs. 91. & multi alii.

Porro pars actrix in sæpe dicto libello [1] litigiosæ possessionis inter domum Hadamariensem & Nassovicam ratione bonorum in judicium deductorum obvertentis pro fundanda jurisdictione Camerale mentionem quidem fecit, hanc tamen tunc temporis nec demonstravit, nec probavit, quanquam in ejusmodi rerum contingentia, ubi jurisdictio est

litigiosa inter Dominos immediatos, forum austregale cessare, lectum sit.

R. D. de Anno 1600. §. 26.

C. O. C. Part. 2. Tit. 1. §. 2.

Quare eandem suo loco eo magis relinquendam esse censeo, cum ad decernendam citationem allegatam ex parte Dominæ Actricis justitiæ denegationem suffecisse, supra jam demonstratum existat.

His tamen inattentis opposuit pars rea in [48] provocando ad ordinationem Cam. Part. 2. Tit. 4. except. 1. Inf. Auf. addendo A) *Der Libellus seye mit Unzüglichkeiten angefüllet gewesen, und deswegen zurück geschickt worden.*

B) *Responsionem actrici in [43] datam non involvere renunciati-
onem fori austregalis &*

C) *Causam cum agnatis esse controversam, eandemque in Consilio Imp. Aul. pendere, cujus decisio, antequam rea respondere teneatur, non modo expectanda, sed obstare etiam*

D) *exceptionem plurium litis consortium.*

vid. Recess. oral. Lti. Herth. d. 29. Jan. 1714.

Contradixit nisce obmotis actoris Procurator Steinhausen in Recess. 27. Nov. 1713. & 19. Febr. 1714. eo quod

Imo requisitio super austregis legitime facta & justitia denegata & Ido quod Principissa rea bona quæst. solitarie possideat, consequenter agnati pro litis consortibus reputandi non sint.

Operæ pretium erit, in hac materia sæpius obveniente rationes ab utraque parte allegatas paulo accuratius indagare, duasque Sectiones constituere, quarum prima exceptionem fori austregalis & secunda exceptionem plurium litis consortium in possessorio in Consilio Imp. Aul. pendentis pariter, ac plurium interessentium sistet.

SECTIO PRIMA

de

Exceptione Fori Austregalis.

Principibus & Principissis S. R. I. quando a paribus, vel a personis inferioris ordinis, puta Comite, Barone, vel aliis immediatis conveniuntur, primam instantiam Austregalem in Casibus a lege non exceptis competere, in antecedentibus jam demonstratum extat. Hanc viam etiam

pars

pars actrix in causa hacce simplicis querelæ juxta [42] elegit & ad judicium provocando partem ream super austregis requisivit, quæ autem remisso libello propter prætenſas calumnias juſtitiam denegavit, vid. [43] quo in caſu, ubi nimirum fatalia nominationum exacte haud ſunt obſervata, cauſam ipſo jure ad Cameram devolvi, exploratiſſimum eſt,

C. O. C. Part. 2. Tit. 2. § 1. & 4. Tit. 28. §. 1. 2.

Gail Obſ. 1. n. 36.

Roding. L. 1. poſt Tit. 4. Cap. 7. n. 27. ſeq.

idque propter denegatam a parte rea in [43] juſtitiam eo magis procedere, ſuperius jam indagatum eſt, quo, ne idem bis dicatur, ſit remiſſio.

Fruſtra ergo provocat pars rea in exemptionibus fori [48] ad primam Inſtantiam auſtregalem, cum Imo parti actrici per intermiſſam in tempore nominationem non modo, ſed per remiſſionem libelli juſ irretractabile quæſitum fuerit, nec quidquam relevet obmotum, quaſi libellus mit Calumnien und Ungrund repletus, quandoquidem ex una parte in libello ejuſmodi calumniæ haud ſunt reperibiles & ex altera parte jaçtitata irrelevantia prætenſionum non ad partis reæ, ſed ad futuri judicis cognitionem pertinuit. Non melioris farinae eſt Ilda partis reæ Objectio, quod per reſponſionem in [43] foro auſtregali non renunciaſſet, abſtrahendo enim ab eo, quod factò contrario fiat abdicatio juris

L. 11. Cod. de reb. cred.

Mev. Part. 1. Dec. 40. n. 6. in not.

& perinde ſit, verbis, an factò fiat abdicatio,

Idem Mev. Part. 3. Dec. 345. n. 12. in nota.

ac tacita renunciatio eundem habeat effectum, quem expreſſa

Maranta in ſpeculo Part. 6. art. 2. N. 371.

nullaque reſervatio privilegii primæ inſtantia literis annexa, qua reſervatione alias juſ competens tutum conſervatur;

L. 72. ff. de legat. 1.

Sufficit nihilominus, quod tempus nominationis & denunciationis in ordinatione Camerali præſcriptum fuerit præterlapſum, cum pars actrix jam Menſe Junii 1712. juxta [41] reſiſtionem fieri curaverit, pars rea autem Menſe Octobri d. a. adeoque poſt plurium menſium decurſum demum reſponſionem [43] dederit, ſicque juri ſuo omnino ni expreſſe, ſaltem tacite renuntiaverit.

In omiſſo enim, ut ex eo recte inferatur noſtri juſis remiſſio, ſemper habenda eſt ratio temporis, alias nunquam dici poſſet, ſtetiſſe per

cum, qui non fecit, siquidem is poterit semper allegare, se velle etiam facere, unde qui debet facere vel statim in actu, vel etiam ex intervallo intra tempus constitutum facere debet & qui non facit intra illud tempus, censetur sua voluntate se a suo jure excludere.

Quæ cum ita sint, ideo omittens facere intra tempus præstitutum, tempore excluditur quasi renuntians, siquidem tempus ipsum vim habet renuntiationis.

Galecetus in Tract. de renunt. L. V. Cap. 16. n. 1. & 2.

Cum pupillis, viduis, aliisque personis miserabilibus juxta legem unicam Cod. quando Imp. privilegium competat, ut statim omisso iudice intermedio superiorem adire possint,

Thomas. in disp. de sing. æquit. leg. unicæ, ubi Sect. 2. §. 26. etiam litis consortibus hoc privilegium tribuit,

non inconcinne quæritur, annon partis actricis advocatus etiam ex hac lege unica quando Imp. Jurisdictionem Cameralem fundare potuisset, imprimis cum Comes Joannes Ludovicus, modernus actor, tunc temporis adhuc minorennis fuit? Equidem in causis nobilium immediatorum ac aliarum personarum, attenta imprimis rei immedietate, supremum Camere Imperialis iudicium, etiam in causis simplicis quærelæ, in prima instantia statim adiri posse, eo magis mihi persuasum habeo, quo clarius

in O. C. Part. 3. Tit. 55. §. solches alles und jedes ac.

R. I. de Anno 1670. §. 100.

provisum, quod Camere Imperialis iudicium in omnibus omnino casibus in ordinatione non exceptis secundum jus commune procedere debeat.

Quod nostra L. un. nullam pauperes inter & divites differentiam constituat, quia non divitiæ, sed conditio viduitatis & pupillaris ætatis considerata sunt, nam hujusmodi personæ solent communiter premi & ideo principi maxime convenit, eas contra molestiam & injuriam tueri.

Natta Conf. 590. per tot.

Ac potest quoque Imperator, ut maxime apud iudicem ordinarium lis introducta sit, ac etiam lite contestata nihilominus causas ad se evocare & præterea alii DD. non infimæ classis hoc privilegium personis miserabilibus tribuant.

Lauterb. in disp. de jur. perhor. §. 38. 39.

Struy. in Tract. de foro miserab. Cap. 9. §. 6.

Rhet.

Rhet. lib. I. Jur. publ.

Hier. de superiorit.

Recht in lect. R.

Müller d. Ehrenbach

§. 4. in fine.

Schubert de aultreg.

ubi nonne sequitur subju-

bus impet. factos, proce-

perare istam, illud de pu-

erit eis, vel dicitur Doct.

in prædictione jurisdictionis

in illud & publicis,

per aliquam ex illis per-

sonis utendit.

Dei Altesior de Lud.

1. 3. leg.

dever. disp. 2. Tom. 1.

§. 4. ubi dicitur

Quibus utamur Conditio

etiam in Imperialis iudicium

Anno 1670. Tit. 2. §. 100. ubi

est et respondet.

Sed an hoc omnia in casu

dicto, quia Dna Altesior de

§. 2. in fine.

in loquuntur: exceptio

rum, que pro exceptione

habent, tales enim personæ

res considerantur, benevolen-

firmam & perijt:

Moca super inter per-

latas potentes controversie

te præteritis aultregis,

Cameralem ad proceffum

tionibus vois Senatus, di-

tis tractantur in Theſi,

hæredabatur Votorum pari-

mittendum, quod etiam

Rhet. Inst. Jur. publ. lib. tit. 22. §. 16.

Hert. de superiorit. territ. §. 30.

Bœcken in lect. Blumiana tit. 27. §. 187.

Müller ab Ehrenbach in Genealogia Person. Imp. Illustr. Cap. 9.
§. 6. in fine.

Schubart de austreg. Cap. 9. Part. 1. n. 15. seq.

ubi notanter sequentiæ subjungit; nam quod alii viduas & pupillos statibus imperii subjectos, processus in Camera omisso intermedio non impetrare sectantur, illud de privatis contra privatos agentibus intelligendum esse, vel ipsimet Doctores volunt, eam allegantes rationem, ne fiat præjudicium jurisdictioni Domini territorialis, quæ ratio fallit in personis illustribus & publicis, quæ inter se litigant, ut & quando vidua privata aliquam ex istis personis, quæ beneficio austregarum gaudent, convenire intendit.

Dnus Assessor de Ludolf in Comment. Syst. juris Cam. S. I. §. 3.
n. 3. seq.

Sweder disp. 2. Tom. 1. de privileg. fori personar. miserab. Thes.
33. & 44. ubi præjudicia Cameralia allegat.

Quibus ordinatio Consilii Imperialis aulici de Anno 1559. §. *damit auch* 2c. Imperatoris Rudolphi ordinatio, item Imperatoris Matthiæ de Anno 1614. Tit. 2. §. *und weil auch*, ordinatio de Anno 1654. tit. 2. §. *und weil* 2c. respondent.

Sed an hæc omnia in causa præsentis procedere valuissent, ideo valde dubito, quia Dnus Assessor de Ludolf in supra alleg. comment. Syst. S. 1. §. 2. in fine

ita loquitur: exceptio tamen est in personis viduarum & pupillorum, quæ pro amplitudine territorii Collegia Consiliariorum formata habent, tales enim personas, licet alias personarum orbitas, non facultates considerentur, beneficio legis cessante ejus ratione frui posse, non affirmarem & pergit:

Mota nuper inter personas illustres Augustanæ confessionis & quidem satis potentes controversia & Tutore pupilli sese ad Cameram convertente præteritis austregis, cum causa spolii simplicis juxta ordinationem Cameralem ad processum Mandati qualificata non existimaretur, dissentientibus votis Senatus, digna videbatur materia, quæ totius Collegii votis tractaretur in Thesi, facto diversarum sententiarum scrutinio deprehendebatur Votorum paritas & esse rem ad legislatariam decisionem remittendam, quod etiam factum; observabitur itaque ipso facto negantium

tium sententia, donec aliud lege publica fuerit ordinatum. Hæc illustris de Ludolff.

Quæ cum ita sint & cum Domus Wedano-Runkelana semper collegium Consiliariorum formatum habuerit, nullus remanet dubitandi locus, partem ætricem ad fundandum forum Camerale hoc privilegio Lun. uti haud valuisse.

Vt itaque ad viam, quam per hanc digressionem deserui, sedeam, ad Sectionem secundam me convertō.

SECTIO SECUNDA

de

Exceptione litis in Consilio Imp. aulico pendente & plurium interessentium.

Allegata est litis pendentia in [48] simpliciter, verum nec ibi, nec alias probata, extra quod procurator partis ætriciæ in libello [1] in fine litigii inter Principissam Hadamariensem & Domum Nassovicam obvertentis mentionem faciat, procurator partis reæ in recessu orali de 29. Jan. 1714. ad notorietatem provocet. De ætriciæ allegatione mihi in præsentiarum negotium haud est, quandoquidem illa minus generaliter ad fundandam modo jurisdictionem Cameralem in superfluum, neutiquam vero, ut exinde litis pendentia erui possit, prolata.

Quantum vero ad Recessum a procuratore partis reæ habitum, ibique propositam notorietatem attinet, hæc utique probari debuisset, etiam si enim plerumque dicatur & cæteris tamen paribus verum maneat, quod notoria non egeant probatione, quo imprimis pertinet consuetudo notoria juxta

Gail 1. L. 2. Obs. 31. N. 17.

quando scilicet allegatur in illo loco, ubi eadem viget, extra illum locum allegatum notorium omnino est probandum ab allegante.

Mascard. de prob. Conclus. 1109. N. 27.

Quandoquidem enim judici & quidem qua tali, non constat, aliquid notorium esse, licet alias hoc sit notorium, tamen judici illud omnino est probandum,

Mascard. d. loc. N. 17.

quia multa notoria dicuntur, quæ tamen non sunt.
idem ibid.

& Conclus. 1107. n. 10.

Proinde non sufficit, ut aliquid notorium dicatur, sed requiritur, ut etiam revera tale sit & ostendatur maxime, si ab adversario notorietas negatur.

Mascard. cit. loco n. 7.

& quæcunque indigent probatione, illa notoria dici possunt vel minime. J. Cti Ingolstadt. apud Nicol. Everhard Vol. 2. Conf. 1. n. 45. vers. non obstat.

Non probavit autem pars rea, uti supra jam dixi, hanc notorietatem, quare hæc exceptio vel ex hoc solo rejicienda fuisset. Supponamus interim, litis pendentiam aliquo modo fuisse probatam, ac litigium inter Principissam ream & Domum Nassovicam in Consilio Imp. Aulico revera extitisse, de quo tamen ex actis mihi ad referendum traditis non constat, attamen indagandum veniret, an probatio omnibus numeris absoluta desuper in medio sit.

Exceptio enim litis pendentis est, qua utitur reus, si lis de ea re, quæ in judicium deducitur alibi, hoc est, coram alio iudice pendeat.

C. 2. ut lite pendente.

C. proposuisti 19. de foro competent.

Zanger de except. Part. 2. Cap. 13.

ante litis contestationem opponenda, cum eadem impediatur litis ingressum.

Franc. in Cap. 1. n. 26. de litis contest. in 6to.

Ad hæc requiritur ad inducendam litis pendentiam non modo eadem res, sed & eadem causa, ac eadem actio,

Zanger de except. Part. 2. C. 13.

Lancellotus de attent. Part. II. Cap. 4. n. 8. & seqq.

aut ut clarius me expediam, juxta

L. 12. & 13. ff. de except. rei jud.

identitatem rei & personarum adesse oportet. Enodationi differentiarum inter præventionem & litis pendentiam hic immorari supervacuum duco, eo quod exiguitatem ejus

Lauterb. in colleg. theor. pract. Lib. XLIV. Tit. 1. §. 21. & 22.

jam notaverit pariter, ac ad inducendam eam, citationem legitime factam & reo debite insinuatam requisiverit.

Ad rem ipsam progrediendo, poterit esse, quod Principissa rea per obitum sui mariti absque prole mascula possessionem in bonis allodialibus,
sub

sub quibus das Gericht Seck und Obertieffenbach certo modo comprehenduntur, apprehenderit & manutenentiam contra Domum Nassovicam in iudicio Imp. Aulico petierit, pariter ac obtinuerit, exinde tamen litis pendentia nequiquam inferenda contra agentem iudicio petitorio ex plane alio capite, prout in nostro casu.

Exceptio enim litis pendentiae tum demum valide opponi potest, quando in utroque iudicio NB. ex eadem re & eadem causa agitur, ita nempe, ut sententia in una causa lata exceptionem rei iudicatae etiam respectu alterius pariat.

Ant. Gabriellus Com. Concl. Lib. 2. Tit. de iudic. Conc. 1. n. 33. ibi &c. respectu unius & ejusdem negotii, ita est exceptio rei iudicatae in uno, obstat etiam in alio iudicio.

Econtra vero si vel alia res, vel ex diversa causa petatur, exceptio litis pendentis haud obstat.

Petr. Barbosa ad L. 7. n. 277. ff. de iudic.

Nicolai de process. jud. Lib. 1. Cap. 21. n. 1. ibi: ob unam eandemque causam, & ibi &c. si de alia re, seu alia quaestione diversa lis alibi pendeat, praeventiois aut litis pendentis exceptio res non prodest.

Defectus identitatis personarum ut in praesentiarum taceam, quandoquidem de emanata a Consilio Imp. Aulico contra Comitissam in Runkel ratione bonorum quaest. Citatione ac ejusdem insinuatione nullibi constat. Exceptionem litis pendentiae vel respectu diversorum iudicum, vel respectu causarum connexarum competere, nemo in foro versatus est, qui nesciat. De priori specie jam actum, proinde videre necesse est, an non connexitas aliqua inter litem in Consilio Imperiali aulico praetense pendentem & hanc causam a Comitissa in Wied-Runkel in Camerae Imperialis Iudicio intentatam, adfuerit.

Ponamus itaque, Dominam Principissam in Hadamar contra Domum Nassovicam iudicio possessorio pro manutenentia possessionis egisse, exinde nunc inferri quidem & dici posset, causam praesentem etiam in Iudicio Imperiali Aulico tractandam fuisse, eo quod iudicii possessorii & petitorii cognitio non dividenda, ne coram uno iudice possessorium & coram altero petitorium intentetur & sic continentia causae dividatur, sed ut coram uno eodemque iudice utrumque ventiletur & terminetur; quandoquidem iudex per tractatum possessorii cognitionem & informationem capit de toto negotio, ita ut ex iudicio possessorio facillime informetur,

Observat. DCCCCLXXXII. Idea exemplaris Relationis &c.
 mens, vel debet decidere in
 continentiam autem rem compo
 petitorii, ut supra unius of
 Lib. 12. n. 111.
 litis de contin. caus.
 sed in iure objectionem
 teno.
 Cuius tantum connexa
 se ut poss.
 Mech. de arbit. iud.
 tanto is sit inter easdem
 videri cumulari, si non
 L. 11. ff. de except. R.
 vel eadem facit conn
 v. Part. 3. Dec. 90. n.
 applicatur ad causas
 casus unam existeret, cu
 vobiscum. vobis, fore
 casus sunt, nec a parte alienam
 v. L. 10. Cod. de iudic
 possessorium & petitorium app
 possi;
 Currit proinde obmora
 tum, cum nullibi in actis
 Hadamar mentionem bona qu
 agendi, vel determinandi cau
 quare etiam partis agentis
 de 19. Febr. 1714. recte dix
 bene dicitur quaest. und. n. 11
 n. 11. in adhae. n. 11.
 Currit denique obm
 litem principalem in Con
 antequam pars rea respon
 tia supra iam explicata &
 narum aliter, quam per
 citare movere possit.
 Gronov. Ch. Tit. III

metur, quid debeat decidere in causa proprietatis. Sunt enim causæ continententes ad eandem rem competentes & fipsis possessorii est principium petitorii, ac cognitio unius offert intelligentiam ampliorem alterius.

Gail l. Obs. 32. n. 11.

Mindan. de contin. caus. L. 11. cap. 5. §. 15.

Sed nec hanc objectionem consideratione dignam esse potuisse existimo.

Cum ea tantum connexa esse dicantur, quorum unum sine altero esse non potest,

Menoch de arbit. jud. questionibus L. 2. casu 95. n. 5. & 9.

& quamvis lis sit inter easdem personas, de eadem etiam actione, vel in libello eodem cumulata, si non ex eodem capite, vel jure, alia causa est.

L. 11. ff. de except. R. Jud.

ac non sola vel eadem facit connexitatem, sed causæ & iudicii identitas.

Mev. Part. 3. Dec. 90. n. 3.

Hæc si rite applicentur ad causam præsentem, sua sponte fluit, nullam connexitatis umbram existere, cum tantum in petitorio sc. revocatorie & vindicatorie actum, diversæ causæ petendi & diversæ personæ petentes sint, nec a jure alienum,

vid. L. 10. Cod. de iudiciis.

possessorium & petitorium apud diversos iudices commodius terminari posse;

Corruit proinde obmota a parte adtrice exceptio plurium interessentium, cum nullibi in actis allegatum, præter Principissam in Nassau-Hadamar quenquam bona quæst. possidere, aut aliis personis eandem vel agendi, vel defendendi causam intuitu dictorum bonorum competere, quare etiam partis agentis procurator Ltus Steinhafen in Recessu orali de 19. Febr. 1714. recte dixit: *Frau Beklagtin seye die alleinige Besizerin derer Güther quæst. und also die Herren Agnati dato pro litis consortibus nicht zu achten wären.*

Corruit denique obmotum partis reæ in Recessu d. 7. Martii 1714. litem principalem in Consilio Imp. aulico pendentem prius decidi debere, antequam pars rea respondere teneatur, quandoquidem ista litis pendentia supra jam explosa & nihil quidquam reperibile, quod supremum Senatam aliter, quam per sententiam d. 9. Mart. 1714. factum, pronuntiare movere potuisset. Progredior itaque ad

MEMBRVM QVINTVM

inquirando

in rectitudinem legitimationis.

Legitimitas enim est de substantialibus judici & prima pars ejusdem, eamque parte licet negligente, iudex ex officio curare debet,

Mev. Part. II. Dec. 112.

& definitur, quod sit procuratorum in iudicio alieno nomine comparentium ad agendum sufficiens habitatio.

De requisitis Mandati in Camera Imperiali usitati nihil hic monendum, cum formulæ typis sint impressæ. Videndum ergo, an aliquis defectus circa hoc punctum in actis se inveniatur? quod prima facie negandum venit, nam ex parte Dominæ actricis se legitimavit Dr. Fuchs per copiam signatam General- *Gewalts* sub [44] cum substitutione in Ltum Steinhausen, producendo insuper tutorium [45] vigore cuius Sacra Cæsarea Majestas Dominam actricem, qua Tutricem legitimam liberorum suorum denunciavit. Post ejus obitum comparuit Ltus Steinhausen in vim copiarum signatarum generalis procuratorii [46] cum substitutione Doctoris Pauli Fuchs, quæ copiarum signatarum a lectoria vidimatarum deprehenduntur, quamvis

Blum in process. Cam. Tit. 67. n. 51.

hancce vidimationem in defuetudinem abiisse contendere velit.

Postea vero cum Dominæ actricis Filius, Comes Joannes Ludovicus Adolphus, ad regimen in Comitatu pervenit, nomine hujus, qua moderni actoris, se legitimavit Ltus Ziegler vigore copiarum signatarum [106] cum substitutione Dr. Scheurer.

Econtra nomine Dominæ reæ se legitimavit Dr. Herth, cuius Mandatum procuratorium primum [47] quidem vitiosum erat & ideo illi per supra dictam Sententiam de 19. Mart. 1714. poena arbitraria reservata erat, sed ex post hic produxit aliud Mandatum sub [56] cum substitutione D. Helfferich, in quo nihil desideratur. Similiter hic exhibuit sub [57] tutorium, cuius tenore Domina rea in conformitatem pactorum dotialium, utpote Tutrix legitima liberorum a Vicariatu Imperii confirmata, postquam Domina Principissa rea relictis duabus filiabus diem clausit supremum & filia natu major, Elisabetha Augusta Francisca, Marquisio de Westerlohe matrimonio juncta, comparuit nomine hujus 9. Jul. 1731.

Ltus

Ltus Heefer, producendo copiam signatam Mandati generalis sub [127] quæ tamen ex hac ratione non est vidimata, quia lectoria Mandatum procuratorium originale invenire non potuit;

Marquisio de Westerlohe satisfuncto procurator partis actricis Ltus Ziegler juxta Sententiam de 7. Nov. 1732. citationem ad reassumendum contra viduam dicti Marquisii impetravit, Ltus Heefer imbecillitatem mentis hujus viduæ indicavit, supremus Senatus dictum Ltum Heefer, qua Curatorem ad lites viduæ Marquisii de Westerlohe vigore Sententiæ 23. Dec. 1733. constituit, qui etiam per filium suum Ltum Heefer jun. prævio ad id obtento decreto [133] juramentum curatela in conformitatem mandati specialis [134] præstitit.

Interim autem a Sacra Cæsarea Majestate Dnus Elector Trevirensis, qua Curator præfatæ viduæ vigore Curatorii [139] denominatus, curatela suscipiendo Ltum Heefer, seniorem, tenore Mandati procuratorii sub [138] cum substitutione in Ltum Heefer juniorem constituit, quo vita functo, ab Anno 1736. Ltus Weylach quæ causæ procurator successit, qui quoque [151] mandatum originale cum substitutione in Ltum Spænla produxit, quæ omnia mandata etiam hinc inde b. f. recognita sunt.

Proinde sufficientem undequaque legitimationem invenio tum ratione personarum, quam ratione procuratorum, nisi forte allegatum Lti Ziegler, qua procuratoris partis actricis in Recessibus de 12. Oct. 1731. & 8. Octobr. 1732. nempe, quod procurator partis reæ Ltus Heefer non tantum nomine viduæ de Westerlohe, sed etiam nomine ejusdem Sororis, Principissæ Charlottæ, se legitimare debeat, aliqua consideratione dignum reputari posset. Quandoquidem ex actis non constat, dictam Principissam Charlottam hæreditatem paternam vel maternam repudiasse, vel jus suum in Sororem natu majorem transtulisse, vel decessisse, cui tamen immorari necesse non est, sed arbitrio supremi Senatus relinquo, annon obstante eo, quod Ltus Ziegler legitimationem nomine secundo genitæ Principissæ Charlottæ, filiæ ultimi masculi Nassovico-Hadamariensis, insimul præstandam non urserit, nihilominus hæc legitimatio prævie injungi, aut ejus præstatio Sententiæ definitivæ annecti velit; & quia de cætero substitutus Lti Weylach, Ltus Spænla mortuus, præfato Lto Weylach, ut alium substitutum denominet, injungerem.

Denique

MEMBRUM SEXTUM

investigat,

An reliqua formalia processus omnia se recte habeant?

Quædam in actis specialiter circa formam & ordinem processualem emergentia observo & quidem primo, quod citatio 16. Decembr. 1712. hora postmeridiana fuerit insinuata & 15. Febr. 1713. adeoque in termino de momento ad momentum computando rite sit producta, quod idem de citatione ad reassumendum [128] statuendum. Secundo, quod quamvis in præmemorata Sententia de 9. Mart. 1714. exceptionem fori rejectoria simul lis pro contestata acceptata & procura or partis actricis ad ulteriora admissus fuerit, idque in contumaciam non agentis & consequenter per hoc exceptiones posteriores in causa principali præclusæ videantur, istæ nihilominus ex parte rea productæ sint, voluitque in harum ingressu ex eo purgari contumaciam in non agendo, eoquod Domina rea ob defectum Curatoris masculi filiarum suarum & quia ordinis processualis ignara fuerit, eatenus eventualiter restitutionem in integrum petendo.]

Econtra vero in replicis insistitur obtento per Sententiam præjudicio, postulando hujus effectum, nempe exceptiones ab actis rejici & ulterius puncto petitiæ restitutionis in integrum per Recessum specialiter illi contradicitur, eo quod privilegiatus contra æque privilegiatum non utatur suo privilegio. In quadruplicis autem denuo ad competentiam beneficii restitutionis provocatur, unde circa hoc formale dubium resultare videtur.

Verum ego nullam de hoc quæstionem in effectu superesse, sed exceptiones jamjam tacite admissas credo, non tantum ideo, quia contumaciæ, quæ ficta dicitur, purgatio locum facile inveniet & ab illa etiam levis tanta & quævis probabilis ratio excusat.

Mev. P. 2. Dec. 327. n. 6. & P. 6. Dec. 165. n. 2.

sed & allatæ iu substrato, ubi causa nomine filiarum minorennium a matre defendebatur, causales pro restitutione brevi manu sufficerent, imo & illud mihi considerandum venit, quod quantumvis apud D. Assess. de Ludolff in sua comment. ad jus Cam. Sect. 2. §. 4. n. 8. ex dispositione Rec. dep. de Anno 1600. §. 17. quæ repetitur in C. O. C. Part. 3. tit. 38. §. 10. statuatur, quod tunc, si oppositis declinatoriis fori eventualia omittantur, hoc eo periculo fiat, ut si declinatoriæ leviores deprehendantur, præ-

prohibition in legitis expressis
reæ hinc declinatoris opponen
te quod in dequis passibus
ta declinatoriæ ipsi privilegia
tunc non ut noviore di
hinc dicitur præjudicium præclu
sio dicitur expressum sit, quod
his actis relevantibus depre
dicant actus agentis vel aut
de contestata sit & ita quod
Ludolff L. 3. Tit. 30. §.
Illa Tit. 69. n. 63. &
et ad hanc Böcken n. 6
videtur his immoeror, n
jamjam re ipsa admitt
declinatoribus scriptis p
argumento repetatur.

terio notandum, quod
in notariis exhibitorum
pica actum sit, quævis post
tiam jamjam immoeror & sic
perii alius integrum non est.

Ludolff in cit. Com.

Quia tamen ex notoria

etiam ex officio conclusio
previsum petum aliter p
poterunt, quia tunc modus
jus alius minoris nomine
prio nomine licet prolece
cere postulari, unde de
Sept. 1732. p. post.

Quæstionibus extinde
tor Lms Ziegler per Rec
expressio is repetere est
de; sed cum utre per in
De reliquis post illas qu
clulo, licet Lms Wip
præ-

præjudicium in legibus expressum purificetur, quod nempe illud esset, ut reus solas declinatorias opponens ab eventualibus præclusus foret, utpote quod in allegatis passibus Recessus deput. & C. O. C. excepto solo casu declinatorie oppositi privilegii de non appellando statutum est. Nihilominus tamen per noviore dispositionem R. I. N. de Anno 1654. §. 40. hoc dictum præjudicium præclusionis eventualium cessare videtur, cum satis clare ibi expressum sit, quod solas declinatorias feri opponi liceat, his autem irrelevantibus deprehensis reus omittens eventualia tantum aliquot marcis argenti vel auri multandus, in causa principali tamen adhuc audiendus sit & ita quoque sentiunt

Roding L. 3. Tit. 30. §. 31.

Blum Tit. 69. n. 62. & 65.

& ad hunc Böcken n. 66.

Sed frustra his immoror, nam per supra dicta exceptiones in causa principali jamjam re ipsa admittæ sunt & etiamsi hæ præclusæ fuissent, tamen in posterioribus scriptis partis reæ omnia contenta exceptionum uberiore argumento repetuntur.

Tertio notandum, quod quidem in præsentis processu ultra numerum ordinarium exhibendorum scriptorum usque ad triplicas & quadruplicas actum sit, quavis post duplicas uterque procurator ad Sententiam jamjam submisisset & sic conclusio jam facta fuisset, quam revocare parti alias integrum non est.

Ludolfi in cit. Com. Sect. 2. §. 4. n. 27.

Quia tamen ex notoria praxi judicii nunquam concluditur, ab hoc etiam ex officio conclusio rescindi potest, tanto magis in præsentis ad prævium petitem actoris pro conclusione rescindenda triplicæ admitti poterunt, quia tunc modernus actor D. Comes Joannes Ludovicus, cujus adhuc minoris nomine antea a matre qua Tutrice agebatur, proprio nomine litem prosecutus est & triplicando jus suum plenius deducere postulavit, unde & ad has triplicas actoria ad quadruplicandum §. Sept. 1732. p. odit.

Quadruplicas exinde exhibitas rejici petiit quidem actoris procurator Ltus Ziegler per Recessum de 23. Nov. 1735. eo quod illæ injuriosis expressionibus repletae essent, has per Extractum [150] in specie designando; sed cum utile per inutile non vitietur, causam rejectionis non video. De reliquo post illatas quadruplicas etiam facta est requisita causæ conclusio, licet Ltus Weylach, qua ultimo legitimatus procurator partis

rea, per Recessus de 2. & 14. Mart. 1736. ulteriora sibi reservaverit & sic pure conclusisse non videatur, atamen hæc reservatio tantum illuc spectare credo, quod ex parte adversa ratione injuriosorum obmovebatur; posset tamen etiam alias in Sententia causa ex officio pro conclusa acceptari.

Postremo restat circa ea, quæ ordinis processualis sunt, notandum, quod licet secundum Decretum Commune de 9. Jul. 1584. item Recessu Imp. novissimo de Anno 1654. §. 39. in fine procuratores teneantur recognoscere hinc inde adjuncta exhibitorum sub pœna ordinationis, aut sub præjudicio, quod adjuncta alias habeantur ex officio pro recognitis, cum in specie ratione adjunctorum ad replicas horum agnitio a procuratore partis adversæ Doctore Herth per Recess. de 7. Nov. 1714. recusata, de reliquo adjuncta ad exceptiones duplicas & quadruplicas ex parte altera agnita non fuerint, & hoc quidem, uti præsumo, ex illa causa, quia dicta scripta partis reæ plane ab actis rejici a procuratore partis actricis respective per Recessus de 18. Febr. 1715. & 23. Nov. 1735. petebatur. Sed de hoc, quid in uno alterove circa adjuncta Documenta monendum videatur, infra in materialibus latius dicam & illuc etiam reservo quædam alia incidentia processu suo loco congruo memoranda. Proin nunc transeo ad ipsa materialia.

MEDITATIO II.

De materialibus.

MEMBRUM PRIMVM.

In memoriam aute omnia revocandum existimo triplex præsentis litis objectum, ejus accessorium quartum consistens

- a) in revocatione des Gerichts oder deren Dorffschaften Seck und Stöcken, welches Graf Wilhelm 2ter Biedischer Linie Anno 1611. an Herrn Grafen zu Leiningen, und Herr Graf Reinhard zu Leiningen Anno 1637. hinwiederum an Herrn Grafen Johann Ludwig zu Nassau, Hadamar käuflich überlassen.
- b) in vindicatione des Dorfs Obertiefenbach, so Graf Moritz Christian zu Wied. Runkel Anno 1649. an Grafen Johann Ludwig zu Nassau verkauft.
- c) in repetitione onerum Imperii per Comites Wedanos ratione horum avulsorum usque in hodiernum diem indebite solutorum.

d) ia

Circa DCCCCLXXXII. In
in memoriam superiorum
Reinhold, Sebald & d
ant
 MEMBRUM
 In quibus loquet, ratione
 p[ro]curatorum hinc institutam
 termin. hinc ad consequen
 ter p[ro]curator de quo inferius p[ro]c
 SE
 omnino nunc ad quæstio
 nem litis nostri objecti
 v[er]ba zu Wied. Runkel
 1711. verkauft (s[ic] s[ed]
 4 zu Nassau hinc
 die Zeit und Stellen, an
 die sich abhandelt iuris quan
 tam unica non mater
 a p[ro]curator disciplina tam et
 tum ad rem pertinentes, hinc
 Novell. de tabellis. 4. ne
 hoc membra supremi Concre
 que hincque videtur hinc,
 rationum
 V[er]ba de Committ. p[ro]c
 feratam hinc hinc hinc col
 gis, cum secundum hinc
 regulari debet,
 G[er]man. Symptom.
 modi referent.
 ut servandi sine termini hinc
 constituantur & sententia
 Gall de arrest. Imp.
 Sicut non potest fieri sententia
 officio agens sine actibus
 debet,
 Barbola in axioma

d) in repetitione superioritatis territorialis dederit 4. Waldungen, Mörs, Breitenlohe, Wiedbach & Hengen, quam Comes Mauritius nulliter alienavit.

MEMBRVM SECVNDVM

Ex jam dictis liquet, ratione duorum primorum litis objectorum duplicem actionem fuisse institutam, revocatoriam nimirum & rei vindicatoriam. Vtramque ad consequendum bona nulliter alienata tendere, quilibet perspicit, de quo inferius plura.

SECTIO I.

Deveniendò nunc ad quæstionem primam, quænam actio sit instituta ratione primi litis nostri objecti, scilicet wegen des von Weyland Herrn Grafen Wilhelm zu Wied, Runkel an Herrn Grafen zu Leiningen, Westenburg Anno 1611. verkauft seyn sollenden und von Leiningen an Grafen Johann Ludwig zu Nassau hinwiederum käuflich überlassenen Gerichts oder Dorfschaften Seck und Stöcken, aste omnia præmittendum esse arbitror, in tractandis actionibus juris quandoque vel maximam reputari difficultatem, eam tamen non materiæ, sed hominum vitio accidere; nulla enim prorsus disciplina tam est expedita, quin si altercationes ingeras, parum ad rem pertinentes, facturus omnibus modis obscuram.

Novell. de tabellio. §. neg. tabelliones const. 44.

Hinc membra supremi Cameræ Imp. iudicii in suis relationibus, quotquot hucusque videre licuit, in indagando genere actionis juxta testimonium

Rulan. de Commiss. p. 111. Lib. 2. C. 1. n. 34.

summum studium semper collocarunt & adhuc collocant, idque eo magis, cum secundum speciem actionis Sententia per judicem formari ac regulari debeat,

Gylmann Symphor. Tom. 1. tract. Method. process. Cam. Imp. tit. mod. referendi.

ac servandi sint termini singularum actionum, ne indiserte & imperite confundantur & sententia nullitatis arguatur.

Gail de arrest. Imperii c. 5. n. 11. & seq.

Sane non potest fieri sententia, ubi nulla actio competit, unde Judex ex officio agentem sine actione apta etiam parte non opponente repellere debet,

Barbosa in axiomat. jur. ax. 9. n. 5.

L. ult. Cod. si major factus alienat. sine decret. fact. rati hab.

Paris. Lib. 1. Conf. 49. n. 25.

Rectius egisset dictus partis agentis advocatus, si nullitatem cum revocatione persecutus fuisset, mentionem faciendō de fructibus perceptis ac percipiendis. Quare hic quæstio suboritur, an non parti agenti succurri possit, officio judicis nobili? Equidem judex officium suum non imperat, nisi rogatus,

L. 14. & 18. ff. de dam. infect.

Moeller Semestrium L. 1. cap. 8. N. 1. & seq.

vel ad minimum, si actor libello suo clausulam salutarem adjecerit.

Myns. Cent. 2. Obs. 22.

Perez ad cod. tit. de fruct. & litis exp. n. 4.

Lauterb. in disp. de expensis victor. Th. 40.

Attamen formatam supra quæstionem affirmandam esse censeo.

Inprimis enim clausulam salutarem per Verbum desuper libello suo primordiali subjecit, quæ tantæ est efficaciam, ut non modo vitia libelli sanet, sed etiam judicis officium ita moveat, ut pro actore utilissimam ac magis convenientem actionem eligere debeat. Zeno Imperator hanc constitutionem edidit, judici permittendo, ut si minus intentione sua complexus fuerit actor, quam ad eam pertineat, in reliquum nihilominus adversarium in eodem judicio ei condemnet.

§. 34. l. de act.

L. 1. in fine L. 2. C. de plus petitione.

Quibus deinde L. 18. communi dividundo, ubi juris consultus Javolenus ait, ultra id, quod in judicium deductum, excedere judicis potestas non potest, utpote legi anteriori derogatum accedit.

Ad hæc officium judicis est, si quid a litigatoribus vel ab his, qui negotiis assistunt, minus fuerit dictum, id supplere & proferre, quod sciat legibus & juri publico convenire,

L. un. cod. ut quæ desunt advocat. judex suppleat cap. 6. X. de judiciis.

Zaunschliffer de offic. jud. supplet. Conc. IV. & V.

Est enim judicis officium latissimum,

Gail L. 1. Obs. 107. n. 7.

& in processu ei integrum est, interloquendo partes deducere ad justam viam. Itaque ignorantiam aut negligentiam alienam subveians, quod congruum est, partibus injungit, etsi absone actum vel petitum vel aliquid expresse non petitum sit, modo juxta narrata peti debuerit.

Mev. part. III. Dec. 351.

Supplet igitur iudex, quod deest,

Mev. part. II. Dec. 343.

dummodo is defectus juris sit, non facti, quem iudex haud supplet, ne patrocinari ipse potius, quam judicare videatur.

Mev. Part. 7. de 155.

Bœhmer in jure Eccles. protest. Lib. I. tit. XXXII. de offio jud.

§. 55. & seq.

Cui porro intentio Dominae actricis accedit. Conclufit enim generaliter in libello [1] ad cassationem contractuum celebratorum & in repli-
cis [64] fol. 1. nec non triplicis [108] genus actionis consistens in *revocato-*
ria, seu rei *vindicatoria* bonorum fideicommissi subjectorum haud obscu-
re indigitavit. Qua occasione de libelli mutatione quædam proferre pos-
sum, imprimis cum pars actrix in libello fol. 14. medium concludendi sic
formavit: „ es sene also billig, daß 1) Wiedrunkel alle vor das verkaufte

„ Gericht Seck ohngesehr auf 4. Matricular. Gulden bisher indebite
„ getragene Onera Imperii völlig restituire, und ratione futuri Klages
„ rin derselben entnommene, oder aber besagtes Gericht cum perti-
„ nentiis zur Graffschafft Wiedrunkel wieder käuslich überlassen
„ werde. „

Quandoquidem vero per supra dicta ex conclusione libelli intentio
actoris desumenda & pars rea nihil eo circa obmovit, hisce immorari
necesse haud duco; hoc unicum adhuc addens, parti actrici eo magis
officio judicis nobili subvenire potuisse, quia nomine pupilli actio inten-
tata & multa favore pupillorum in jure nostro introducta sint.

Redeundo nunc in via, quam paulisper deserui, pars actrix in re-
plicis [64] fol. 1. in verb. die Klagepuncten bestunden 1) in actione *revo-*
catoria des Gerichts Seck, in fine zu sprechen, daß das Gericht Seck kla-
genden Pupillen zuständig, und solches ohnentgeltlich abzutretten. Item in
triplicis [108] expressis dicit verbis, se actionem *revocatoriam* instituisse
vel instituere velle. Est autem actio *revocatoria*, qua Bona a defuncto
defacto alienata etiam a tercio possessore revocari possunt, tanquam alie-
natione nulliter facta.

Nicolaus Petrus de Pact. fam. illust. Cap. 5. pag. 124.

Knipschild de fideicom. fam. illust. Cap. 13. n. 63.

Actio hæc non mere personalis est, cum nullus contractus vel quasi
inter emtorem & possessorem reum & agnatum revocantem intercesserit,
perfo-

Observat. DCCCCLXXXII. de
peritatis una, quia et leg
liber
L. de condict. ex leg
Et in re ipsa est, quia re
finitur omnis sequitur.
L. Conf. civ. 47.
L. de retract. p.
Quod et alias utilis rei
et fideicommissi aliena
et ad huc conveniunt,
et contra pacta a pe
et ad necessarios alienat
et et pluribus rationib
et contractus & valent
et voluntatis, ex pe
et seu contractu pacti
et etis acquiruntur, illu
et suum sine suo facto
et Imperatoris.
Sched. Vol. 1. Conf. 6
b) Contractus eorum, qu
et et obtinent, ac qui leges &
et et revocari nequeunt.
Besold Vol. 2. Conf.
et alienatio, que fit contr
et per eam transiunt Domi
et vant,
Fiduci de fideic.
Hertel in ord. de
de leg. 11.
Idem ergo est & in h
Petrus sup. all
c) Pacta familiaria
et fideicommissarii, bo
et et, veluti bona fidei
et et comprehensa.
Besold in The
fl. Vol. 2. C

personalis tamen, quia ex lege vel consuetudine originem suam habet.

L. 1. ff. de condict. ex lege.

Et in rem scripta est, quia rem & tertium possessorem singularemque successorem emtoris sequitur.

Capolla Conf. civ. 45. n. 5. & 65. n. 3.

Tiraquell. de retract. p. 1. §. 8. Glossa 5. n. 6. & 8.

Quamvis & alias utilis rei vindicatio & actio in factum revocatoria ad ejusmodi fideicommissi alienati revocationem dentur, quæ tamen cum nostra actione conveniunt, competere hanc actionem successoribus, quando bona contra pacta a personis illustribus & præsertim immediatis inita, ab antecessoribus alienata sunt, certissimum est, idque non ex una modo, sed ex pluribus rationibus admodum prægnantibus a) quia hæc pacta sunt contractus & valent jure contractuum, contractus autem licet ab initio sint voluntatis, ex post facto tamen sunt necessitatis, cumque ex hoc pacto seu contractu paciscentes, vel eorum hæredes jus in bonis pacto subjectis acquisiverint, illud eis invito rursus auferri nequit, cum nemine jus suum sine suo facto seu consensu auferri possit, nequidem consensu Imperatoris.

Schrad. Vol. 1. Conf. 6. n. 144. & seq.

b) Contractus eorum, qui omnimodam jurisdictionem habent, vim legis obtinent, atqui leges & statuta, quæ in contractum transiverunt, mutari & revocari nequeunt, nisi iis, quorum interest, consentientibus

Befold Vol. 2. Conf. 49. n. 66. & 67. seq.

& alienatio, quæ fit contra legis prohibitionem, ipso jure nulla est, nec per eam transfertur Dominium, sed alienata actione reali revocari possunt,

Fufari de substit. quæst. 717. n. 19.

Hertel in diff. de alienatione fideic. prohibita §. XLI. L. 77. §. 27. de leg. 11.

Idem ergo est & in hisce pactis ac alienationibus contra ea factis.

Petrus sup. all. c. 4. p. 61. & cap. 5. p. 124.

c) Pacta familiarum æquiparantur fideicommissis & agnati sunt velut fideicommissarii, bonaque pactis illis comprehensa sunt restitutioni subiecta, veluti bona fideicommissis in testamento, vel ultima voluntate facto comprehensa.

Befold in Thesaur. pract. Lit. E. N. 24. verb. Erbeinigung & Confil. Vol. 2. Conf. 49. n. 42.

Potest enim etiam in contractibus fideicommissum fieri, induci & constitui,

Arg. leg. sancimus Cod. de rebus alien. non alien. Knipsch. Cap. 17. Nro. 32.

Musculus de Success. convent. Class. 31. memb. 1. conf. 3. Lib. 6. n. 83.

Fufar de substit. quæst. 17.

Et hæc universali Germaniæ consuetudine invaluisse testatur

Hering de fidejuss. Cap. 1. N. 130.

allegando plura talia fideicommissa inter Comites de Oldenburg, Nobiles de Virmond, Nobiles de Freyburg in Suevia. Et hoc fideicommissum factum in contractu regulatur ad instar fideicommissi per ultimam voluntatem,

Fufar. alleg. quæst. 17. n. 9.

Hertel in dict. Dissert. §. XXV.

imo agnati ex hoc pacto sive statuto gentilitio firmius ac plenius quoddam jus ac dominium acquisitum habent, quam fideicommissarii.

Everhard Conf. Lib. 3. Conf. 7. n. 10.

Atqui bona fideicommissa per ultimam voluntatem subjecta alienari non possunt & si de facto alienentur, alienatio est nulla,

L. 77. §. 27. de Leg. II.

L. 67. §. 3. Cod. L. fin. §. 2. & 3. Cod. Com. de legat.

nec Dominium transfertur vel saltem purificata conditione ipso jure resolvitur & annullatur alienatio, dominiumque transfertur in fideicommissarium absque ulla restitutione, bonaque vindicari possunt per fideicommissarium absque ulla pretii restitutione,

Cothman. Vol. 2. Conf. 80. n. 109. seq.

Fufar de substit. quæst. 611. & 717.

L. fin. cod. de reb. alien. non alienand.

Hic autem agi de fideicommissa conventionali quilibet perspicit. Cum vero quidam Doctores huic fideicommissa eundem effectum, quem illi per ultimam voluntatem condico, non tribuant,

Knipsch. cap. 17. v. 6.

quasdam differentias hic in medium proferre haud abs re erit, ut exinde indoles substitutæ actionis eo magis in probatulo collocetur.

Fideicommissum testamentarium a solius fideicommittentis arbitrio ad extremum vitæ halitum dependet, conventionale verò duorum vel plurium consensum requirit.

Stryck de Success. ab intest. Disp. 7. C. 1. §. 6.

Quædam personæ testamento vel alia suprema voluntate fideicommissum constituere possunt, per pactum non æque, v. g. conjux conjugem per testamentum honorare potest, non autem per pactum inter vivos, quia hoc donationem p. t. t. ff. & Cod. de donat. inter vir. & ux. prohibitam saperet circa alienationem bonorum fideicommissio testamentario gravatorum & eorum fideicommissio pactitio affectorum, intuitu illorum dicunt alienationem esse invalidam, quin ipso jure nullam.

L. 77. §. 27. de leg. 2. L. 67. §. 3. eod.

Cum nullum pactum, nulla conventio, nullus contractus inter eos videatur, qui contrahunt lege contrahere prohibente.

L. 5. Cod. de LL. L. 6. & 29. ff. de pactis.

Alienans enim id dolose fecisse præsumitur.

Hinc patet, illicite alienantem dominium in emtorem non transferre,

L. 69. §. 3. de Legat. 2.

ubi perspicue satis disponitur, rei vindicationi statim locum esse, manifeste argumento, quod in momento quasi alienationis Dominium rei a venditore non ad emtorem, sed proximum de Familia transferit ipso jure

Arg. L. 77. §. 3. & L. 80. de leg. 2.

Gail II. Obf. 16. N. 7.

hic ergo poterit rem vindicare,

L. 1. C. communia de Legat.

Stryck. de Success. ab intest. Diff. 7. memb. 4. §. 15.

& omnes de Familia L. 69. §. 3. de leg. 2.

eo tamen ordine, quo ad successionem vocantur & statim vindicatio obtinet, neque opus habet proximus agnatus, ut expectet mortem alienantis.

Peregrin. de fideicom. Art. 14. N. 8.

Struv. exercit. ad ff. 36. §. 40.

Wernher Obf. Pract. 6. Obf. 484. pag. 793.

Lyncker Vol. 2. Resp. 118. n. 113.

Hæc ita obtinere, quando perhibitio alienationis per modum ultimæ voluntatis facta, verum si per modum pacti aut contractus facta sit prohibitio, tunc contrarium communiter asserunt DD. ita scilicet, ut quamvis per alienationem legi contractus contravenerit fideicommissarius, domini translatio tamen non impediatur,

Stryck de Jure Success. in revocandis bon. alienat. §. 29.
quia nemo paciscendo efficere potest, ut prædium suum sibi alienare
liceat.

L. penult. ff. de pact.
nec pacta rem, sed personam afficiunt L. 3. de Obl. & Act. præsertim si
nulla hypotheca adjecta, nec dominium eum in eventum reservatum.

Stryck de Success. ab intest. disp. 7. c. 1. §. 7.

Hæc de differentiis inter fideicommissum testamentarium & pacti-
tium intercedentibus. Nunc de actionibus, quas quodlibet fideicommissum
producit, pauca dicam.

Actiones fideicommissario ad consequendum fideicommissum ultima
voluntate relictum competentes videbis

apud Knipsch. Cap. XIII. per totum.

& Stryck de Success. ab intest. Disp. 7. C. 1. §. 6.

docet, fideicommissariis non solum actione personali, sed & reali, imo
quoque hypothecaria consuli.

At in fideicommissis pactitiis aliter se rem habere docet, cum pacta
nonnisi actionem personalem pariant, quæ conditio actio in personam
appellatur, tum quod dominia rerum non nudis pactis, sed traditioni-
bus in actibus inter vivos transferantur, tum quod ex resolutione con-
tractus verbis obliquis concepta nunquam absque traditione transit do-
minium,

Covarr. var. resolut. Tom. 11. L. 1. C. 14. N. 3. & 4.

Cui ad stipulatur Gratian. discept. forens. discept. 332. N. 7. seq. ubi Num.
9. nequidem in subsidium actionem contra tertium possessorem compete-
re asserit.

Fachinæus Controvers. Lib. VIII. Cap. 88.

Brunnem. ad L. 3. de donat. sub modo n. 5.

Perez ad Cod. Lib. VIII. tit. 55. n. 6.

Hoc tamen non obstante contrariam sententiam teneo & succedenti in fi-
deicommissio pactitio supra relatam actionem personalem in rem scriptam
competere statuo.

Knipschild Cap. XIII. n. 62. Cap. XVI. n. 382.

L. Servo Leg. §. 1. ff. de legat. 1.

L. fin. sic autem C. Com. de legat.

Dec. Conf. 135. n. 13.

Tusch Lit. f. Conc. 278. n. 11.

Menoch de adipisc. poss. remed. 1. N. 65.

Peregrin. de fideic. Art. 45. N. 16. & 17.

Fufar. de fideic. subst. quaest. 558. n. 1.

Absonum enim est dicere, quod pacta tantum personam afficiant, cum satis nota sit distinctio pactorum, quod sint vel in rem, vel in personam concepta,

L. 7. §. 8. ff. de pactis, ubi ita in rem sunt, quoties generaliter paciscor, ne petam, in personam, quoties ne a persona petam, adeoque pactum ne alienetur extra familiam in rem est conceptum & eam utique afficit & ita quilibet pacto alienationem prohibens non se tantum ad bonorum in familia retentionem obligat, verum ipsam quasi rem & substantiam fideicommissi inalienabilem reddit: pacta enim in rem hæredibus,

L. 7. §. 8. L. 22. L. 40. p. ff. de pactis.

L. 9. de prob.

etiam successoribus singularibus,

L. 16. & 17. §. 5. de pact.

& propter ejusdem rei cum aliis personis connexionem, etiam his, qui non nisi ob rem cum paciscente in nexu sunt, vel profunt vel obstant,

L. 21. §. 5. ff. de pactis.

L. 18. ff. de duobus reis constit.

ita, ut pactis rem fideicommissariam affici posse, indubium sit, tutius inde & accuratius judicandum, alienationem fideicommissi etiam pactitii esse ipso jure nullam, nec ea dominium transferri, bene tamen a venditore amitti, ita ut ad proxime successurum devolvatur, qui illud ab emtore & quocunque alio possessore vindicare poterit, transit enim in sequentem verum Dominium ipso jure & utilis rei vindicatio competit,

Cravetta Conf. 19. N. 9.

Gabriel Conf. 16. N. 16.

cum nulla in effectu sit differentia, an restitutio facienda sit per pactum in contractu vel per fideicommissum ex testamento,

vid. Peregrin. de fideic. Art. 51. N. 17.

Peck de Test. conjug. L. 1. Cap. 6. N. 1.

Surdus Conf. 247. N. 3.

Decius Conf. 239. N. 8.

& si fideicommissum verbis directis, directe & aperte vel saltem per necessariam consequentiam in talis negotii, ex quo res tali fideicommissio subjecta in alterum translata, resolutionem conceptum, sive illud negotium cum pacto resolutivo junctum sit, non dubitandum, quin institutor talis fideicommissi vel illius hæredes, ex quo casus faciendæ restitutionis

tutionis extitit, contra quemvis rei interim alienatæ possessorem etiam directam rei vindicationem instituere valeat.

Peregrin de fideic. alleg. Art. 51. n. 79. & 82.

Lauterb. Tract. Synoptico de in diem addict. §. 18. Dis p. 152. Vol. IV.

Quidquod id in familiæ fideicommissis etiam per contractum vel pactum inductis per consuetudinem admitti, testatur

Knipsch. de fideic. Cap. XI. N. 26. & seq. Cap. XIII. N. 62. seq.

Schilter exercit. ad ff. X. L. Thef. 50.

SECTIO II.

An hæc Actio revocatoria per partem Actricem probata & an per Exceptiones partis reæ elisa sit.

QVÆSTIO I.

An probetur qualitas fideicommissaria verer Dörfer Seck und Stöschen ex eo, quod hæcce prædia ab omni tempore fuerint bona stemmatica ac avita?

Ad resolutionem hujus quæstionis progrediendo nequitiam negari potest, Imo bona hæcce jam ab Anno 1447. juxta [109] & porro ab An. 1538. juxta [112] necnon ab Anno 1599. juxta [3] ad Comites de Wied-Runkel pertinuisse, consequenter eadem ut bona avita seu stemmatica considerata venire. Hæc bona Erb und Stammgüther antiquis temporibus nomine allodii insignita,

Herth. de feud. oblati P. 1. §. 2. & P. 11. §. 11.

& a germanis magni æstimata sunt, nunquam horum bonorum stemmaticorum alienationem concedendo, inde differentia inter ejusmodi bona & ea, quæ noviter quis acquisivit, orta, de qua legi merentur diplomata apud

Ludwig Tom. 11. reliquiarum manuscripti p. 365.

Schannat in tradit. fuldens. N. 36. 63. 88. 140. 145.

nec non dispositio juris provincialis Sax.

L. 1. Art. 34. & 52.

Cap. 67. speculi Suevici ex editione Schannati.

ac ea, quæ habet

Christoph. Budkens ad Lib. IV. rerum Brabant. p. 225.

Henricus, Dei gratia Romanorum Rex, semper Augustus, omnibus, ad quos præsens scriptum pervenit, gratiam & omne bonum: Notum facimus,

Observat. DCCCCLXXXII.
 omnes, quod Henricus Mo
 naco, manu dicitur & illa
 rito. Cetero dicitur, quod
 tunc, ut manus vellet
 habere, possit introm
 mero. Jan. Friedbergæ. A
 Ed. 1680. Cal. May. indit
 ditione ejusmodi
 erunt omnes hæredum,
 p. 2
 Anno in annal. Pad
 An. 1522. 1528. 1571.
 cum consensu filiorum
 cum hæredum consang
 p.
 An. 1. P. 2. n. 55. 162.
 de pro superius non re
 stemmatica a filijs non co
 (U), qui veterum Ger
 nos, dum statum,
 bona avita imitari hodie
 Beilich P. 11. Concl. 13.
 Modest. Pistor. Vol. 1.
 ditionem in bonis feud
 bona avita pertinere, & in
 Cuzum Vol. 5. Co
 ptem legitatem & ad
 compari habent,
 An. cit. loc. Concl. 4.
 Weich. Concl. 270.
 p. 11. Concl. 13.
 mm, quod ea nequidem
 ostendunt.
 Coler Dec. 15. N.
 bona stemmatica esse ad in
 dicit. Etenim verbum,
 Hoping. de jure
 Cramer Obs. Tom. III

cius, quod cum Henricus Major, filius illustris Principis Ducis Lotharingiæ, matrem habuerit & illa sit mortua, per sententiam Principum in nostra Curia est iudicatum, si idem Dux de bonis, quæ possidet, aliquid alienaret, vel in manus vellet transferre alienas, dictus Henricus filius se de iisdem bonis posset intromittere & occupare licenter ad usus suos & tenere. Datum Friedbergæ Anno gratiæ 1230. proxima dominica post Fest. Paschæ IV. Cal. May. indiēt. tertia.

2) In alienatione ejusmodi bonorum stemmaticorum apud veteres Germanos consensus hæredum, imo & filiorum necessarius fuit, siquidem in Diplomatis a

Schatenio in annal. Paderborn. ad An. 1237. p. 33. pag. 108. ad An. 1322. pag. 251.

Clausula, cum consensu filiorum meorum reperitur, nec non cum consensu omnium hæredum consanguineorum & nepotum. Meichelbeck in anal. Frising.

Tom. 1. P. 2. n. 55. 162. seq.

quæ clausulæ pro superfluis non respectandæ, sed potius indicant, alienata bona stemmatica a filiis non consentientibus vindicari potuisse, quod etiam illi Joti, qui veterum Germanorum mores non plane ignorarunt, nos edocent, dum statunt,

Bona avita imitari hodie conditionem feudaliū.

Berlich P. 11. Concl. 13. N. 8.

Modestin. Pistor. Vol. 11. Conf. 10. N. 22.

& dispositionem in bonis feudisticis receptam, ad familiarum magnarum bona allodialia pertinere, & in illis æque, ac in feudalibus operari.

Cotmann Vol. 5. Conf. 3. N. 58.

præsertim, si dignitatem & administrationem in mero mixtoque Imperio conjunctam habent,

Idem cit. loc. Conf. 4. N. 189.

Wesenb. Conf. 270. N. 46.

prohibitam esse alienationem immobilium, die man Stamm, Güther nennet, quod ea nequidem ad usumfructum possint donari, nisi hæredes consentiant

Coler Dec. 15. N. 19.

bona stemmatica esse ad instar feudorum antiquorum, dicique, welche von denen Eltern herrühren,

Hoping. de jure insign. C. 21. N. 223.

bona nexu fideicommissi agnatici devincta & avita ea de causa dici
Stammgüther,

Reinking de retract. confang. q. 3. n. 11. seq.

Harpprecht Vol. novo Conf. 48. N. 334.

quæ & similia exempla juris Consultorum Germanorum evincunt, propriam fuisse bonorum stemmaticorum in Germania naturam & fideicommissis Romanorum æquiparari,

Heineccius in Elementis jur. Germanici Lib. II. Tit. 1. §. 28.

Denique & avitorum bonorum ad Familias illustres pertinentium, qualia olim & terræ faliçæ erant, vestigia hodie quoque superesse, nemo negabit, qui consideraverit naturam allodiorum, quæ passim & ordines imperii & nobiles in Germania possident, siquidem Jus primogenituræ illa adfuit.

Mauritius Consilio Kiloniensi 1. n. 65.

Tiraq. de jure primogen. Part. 31. n. 52.

Filiæ illustrium supersticibus masculis in ea non succedunt.

Struv. de allod. Imp. §. 55.

quamvis is effectus in vectis juribus peregrinis potius filiarum illustrium renuntiationibus, quam ipsi naturæ horum bonorum tribui vulgo soleat.

Ex quibus consequitur, doctrinam illam de prohibita bonorum avitorum & stemmaticorum alienatione non adeo esse absouam, imprimis cum

Mevius ad Jus Lubec. tit. 6. art. 10. n. 81.

eandem Lubecæ observari ostendat,

& similiter jure Bremensi inter nobiles sitato tit. 1. *Don Succession und Erbnehmung*, inter bona acquisita und *Erbstammgüther* distinguatur, ac hæc tantum agnatis deberi, disponatur.

Addatur Henricus Grisebertus in Harmonia statutorum, ubi plura statuta adducit, quorum dispositiones factis ostendunt, per totam Germaniam adductam distinctionem inter bona stemmatica vel avita, ac acquisita olim observatam fuisse, cujus vestigia adhuc supersunt, in speculo Saxonico retro jam allegato, ubi

Art. 52. Glossa Lit. a.

ex aliis textibus antiqui juris Germanici ostendit, quod nemo possit in suo testamento in præjudicium hæredum aliquid extraneo donare de rebus hæreditariis a majore, secus in bonis acquisitis de novo. Et hujus juris antiqui vestigium certissimum adhuc superest in retractu gentilitio per

totam

Observat. DCCCCLXXXII. Idea exemplaris Relationis &c.
 tantum hereditatem unitam, de
 proprio potius dicere super se
 hereditatem, etiam, in
 Testamentum obtinere, ne
 hereditatem de me ad

QVÆS

de hereditate fideicommissi
 Testamento divisorio de An
 quodam prima facie omni
 tate in originali, neque
 tate, sed potius eidem ex
 menta autem regularit
 qualiter produci oport
 d. deficiat personæ
 ratione personæ W
 tate ejus Hermannus L
 e vivis jam excolera,
 in Anno 1597. nomine
 tati sunt, cum ex una pa
 15. Inst. de iustit. stipul.
 in intelligendum, quod illi
 velut nullo, nequidem u
 velut de fideicom
 Testamento aggravandi, n
 testamento dicitur constituen
 tur. in Syntag. j
 propriis quando solemnia
 Simonellus in Tra
 3) Quod denique in
 mitione perpetuum const
 rementum sit dividendi
 quod per prohibiti
 se testamentum bona div
 inducatur,

Cephalos Lit

totam fere Germaniam usitato, de quo hic, utpote extra sphaeram mei propositi, quidquam dicere super sedeo.

Hanc tamen Sententiam, statuta locorum si excipias, in supremis Imp. Tribunalibus haud obtinere, nemo est, qui nesciat, adeoque eandem suo loco relinquo & me ad

QVÆSTIONEM II.

An probetur qualitas fideicommissaria deder Dorffschaften Seck und Stöcken ex pacto divisorio de Anno 1595. [66] annexo, me convertor.

Quæ quaestio prima facie omnino neganda videtur, eo quod 1) hocce pactum neque in originali, neque integraliter sit productum, nec a parte rea agnitum, sed potius eidem expresse contradictum.

Instrumenta autem regulariter in originalibus & juxta L. 1. §. 4. ff. edend. integraliter produci oportere, quotidiana nos praxis edocet.

2) Quod deficient personæ ad constituendum fideicommissum habiles, nam licet ratione personæ Wilhelmi nullum dubium moveri possit, attamen frater ejus Hermannus I. Anno 1592. relictis tribus filiis minorennibus e vivis jam excefferat, quorum Tutores seu Curatores ad condendum Anno 1595. nomine minorennium fideicommissum neutiquam qualificati sunt, cum ex una parte alteri per alterum obligatio non acquiritur §. 18. Inst. de inutil. stipul. Et de Tutoribus & Curatoribus illustrium non ambigendum, quod illi prædia suorum pupillorum & adultorum regulariter nullo, nequidem utrumque Familiæ favorabili,

Knipsch. de fideicom. Cap. 3. N. 55.

Fideicommissio aggravandi, nec magis, quam feudum in bonis illorum infeudari non solitis constituendi licentiam habent,

Struv. in Syntag. jur. feud. Cap. 5. Aphor. 4. n. 1. & 2.

præprimis quando solennia in ejusmodi negotiis necessaria deficiunt.

Simoncellus in Tract. de decret. L. 1. Tit. 2. in spect. 4. N. 4.

3) Quod denique in nostro pacto reperire haud liceat verba fideicommissum perpetuum constitutiva, cum alienatio bonorum divisorum unice interdicta sit dividendis & in jure nostro expeditum evadat,

quod per prohibitionem solam alienationis vel quod pactum inter se ineuntium bona dividi non debeant, constitutio fideicommissi haud inducatur,

Cephalos Lib. 3. Conf. 330. N. 66. & seq.

Bœhmer Consult. & Dec. Tom. 2. Conf. 45. n. 26.

quia hæc prohibitio sola personam magis, quam rem afficeret.

Stryck de success. ab intest. Disp. 7. Cap. 1. §. 14.

Nihilominus tamen meo iudicio per verba pacti de Anno 1595. nicht durch Kauf und Pfand zu veräußern, was über 1000. fl. werth ist, item nichts in fremde Hände kommen zu lassen &c. fideicommissum inductum esse existimo. Inprimis hic inter illustres pactum fuit, ut bona maneat in familia,

Knipsch. in Tract. de fideicom.

& non modo in tali casu, quando paciscentes, ut suæ Familiæ splendor ex bonis alienari prohibitis conservetur, expressam & specificam mentionem fecerunt, inducitur fideicommissum, verum etiam tunc, cum disponitur, quod bona in familia manere debeant,

Fusar. de fideicom. substit. q. 449. n. 1.

Petrus Ant. de Petra de fideicom. q. 5. n. 2. & 7.

ubi dicit, nil referre, an testator ita dixerit, quod velit sua bona conservari in familia, seu quod nolit, ut illa e Familia exeant, seu quod nolit ea extra familiam alienari, cum hæc omnia æquipolent.

Et hoc casu, quando Testator vel paciscentes dicant, quod bona sua non exeant de Familia, sed in Familia vel agnatione permaneant, absolutum induci fideicommissum docent,

Mascard. de prob. Conc. 775. n. 5. & Conc. 776. n. 7.

Menoch Lib. IV. præf. 68. n. 9.

Conf. Marp. Vol. IV. Conf. 54. n. 9.

ac omissis licet verbis fideicommissi ex mente testantis præsumta colligi & induci fideicommissum concludunt,

Peregrin. de fideicom. Art. 1. N. 48.

Faber in Cod. L. 6. Tit. 22. definit. 43. n. 2.

Brunn. Conf. 3. n. 33.

Nam vel ex eo solum recte præsumi fideicommissum constitutum, si dispositio conservationem bonorum in Familia respiciat, respondit

Cravetta Conf. 113. n. 5.

Pruckmann Vol. I. Conf. 34. n. 20.

Conf. Marp. Vol. IV. Conf. 54. n. 9.

& solam voluntatem de bonis in Familia conservandis etiam absque prohibitione alienationis absolutum fideicommissum inducit,

Besold. Conf. 221. n. 20. 30.

ac denique perpetuum & absolutum fideicommissum Familiae inductum & constitutum censeatur in favorem Familiae, si testator vel pacifcens voluerit bona sua remanere in Familia, quia in familia bona permanere non possunt, nisi per fideicommissum absolutum & perpetuum,

Petra de fideicom. q. 5. N. 12.

Nec his adversantur ea, quae supra in contrarium, retuli siquidem ad

1) pars aetrix copias a lectoria vidimatas produxit, quas magnam fidem habere, iis qui in foro Camerali versantur, notum est. Adhuc ex inspectione [2] & [66] liquet, quod pactum quast. diversa habeat capitula, ea autem instrumenta, quorum capita diversa, nec connexa invicem sunt, integra edi necesse non est.

Leyser ad ff. Spec. 263. Med. 2.

Cui accedit, quod editio pacti originalis adhuc injungi possit, quam etiam Camerae Imp. Judicium pro re nata semper injungere solet.

Ad 2) me quidem non latet, quod alteri pacisci haud liceat hoc effectu, ut illi inde competat actio, quia nec stipulari permissum lege supra allegata, majorem vero stipulatione vim pactum habere nequeat.

Carpz. Part. 2. Conf. 33. def. 22.

Harp. Vol. 2. Conf. 30. n. 349. usque 356.

sed hodie alteri per alterum obligationem acquiri posse, asserit.

Mev. Part. 4. Dec. 112. n. 5.

Brunn. ad L. 25. f. ff. de Obl. & Act.

Cothm. Vol. 2. Resp. 54. n. 87.

Wissenbach ad ff. Vol. 1. D. 9. Th. 18.

cum nihil obstat, quo minus ex ratione juris gentium alteri per alterum obligatio acquiri possit, modo tertii rati habitio postmodum accesserit. Hanc a filiis & posteris Hermanni I. insecutam eo minus ambigendum, quia iidem ex pacto nostro bona possederunt, quo facto contractus firmissime confirmatus judicatur, cum is approbare contractum intelligatur, qui cum observat bona ex contractu ipso possidenda,

Cravetta Conf. 673. N. 4.

seu qui pretium ex pacto seu contractu acceptat, is enim eundem omnimode & ita approbasse censetur, ut amplius eidem nullo modo contravenire queat.

Wesenb. Conf. 71. N. 41.

adeo, ut nec minor restituatur adversus contractum, si ex eo pretium acceptaverit,

Simoncellus de decret. cœter. Solennitat. minorum L. 3. Tit. 9. n. 8. & seq.

& quia eidem, quantum ex nostris actis liquet, nunquam contraveniunt, sed potius post tantum temporis lapsum fundamentum actionis in eodem collocarunt.

Diuturna autem patientia & scientia cum taciturnitate inducit consensum tacitum & hic operatur tantum, quantum expressus.

Beck de Test. conjug. L. 3. c. 22. n. 1. seq.

Paciañ de prob. L. 1. c. 29. n. 69.

Brun. ad Tit. Cod. si major factus ratum habuerit.

De prohibita vero constitutione fideicommissi minorennium absque decreto Magistratus, quod attinet, largiri quidem hoc potest, si de simplici fideicommissio inter privatas personas condito quaestio est, cum hoc casu minoribus onus imponatur, quod Curator absque decreto & aliis solennitatibus facere nequit.

Si vero de fideicommissio Familiae illustris agitur, alia res est, quia tale pactum aequè cum magno commodo ipsius minoris, quam cum damno non ipsius, sed duntaxat, si ille prius moriatur, ejusdem haeredum conjunctum est, atque ita ab incerto fortunae, cujus pars in utramque partem ratio est, eventu dependet, in cujusmodi negotiis vero alias minoris ætatis non magna habetur ratio,

Brunn. ad Cod. Tit. de transact. n. 11.

Neque etiam Magistratus decretum hic necessarium videtur, eo quod de praesenti & quamdiu minores, quorum nomine pactum fuit, vivunt, nulla bonorum alienatio intercedat, quamquam tutius pro Curatore sit, si circa constitutionem ejusmodi fideicommissi decretum Magistratus interponi curet, quod & in nostro casu factum fuisse ideo praesumendum, quia [2] & [66] confirmationis Camerae Imp. judicio impetratae fit mentio, quae tamen hucusque in lucem haud prodiit.

Ad 3) Resp. quodsi de conservacione in Familia agitur, tunc fideicommissum familiae inductum censetur, siquidem hic non simplex aliqua prohibitio alienationis bonorum, non habito respectu familiae, sed ea ex causa conservandae Familiae facta, quae fideicommissum Familiae manifeste innuit,

Boehmer Conf. & Dec. Tom. 1. Part. 2. Conf. 45. n. 96.

Insuper

Insuper huic obmoto jam in resolutione hujus quæstionis est satisfactum, quo me, ne idem bis dicatur, refero & concludo, actionem ex fideicommissio revocatoriam ab actrice institutam in Thesi cæteris tamen paribus esse probatam.

QVÆSTIO III.

An actio ex hac qualitate fideicommissaria resultans ab actrice instituta per exceptiones partis reæ elisa fuerit?

Ima exceptio partis reæ in defectum originalis posita est, de qua in antecedentibus jam actum & quæ forsan elidi posset per productionem originalis ex officio adhuc injungendam, si illa ad decisionem hujus decisionis quid faceret. Nec me movet.

Ilda exceptio partis reæ in eo consistens, quod ab hoc fideicommissio, si quod adfuisset, recesserint Comites de Wied per divisionem der zwoischen Leiningen, Westerburg und Wied, Kunkel bis daran gemeinschaftlich gewesenem zwey Gerichten zu Gemünden und Seck de 30. May 1599. [3] & [103] celebratam, quia nullibi ex actis constat, alteram Hermannii lineam in hanc divisionem cum Comite de Leiningen a Comite Wilhelmo initam, eines in der Grundtheilung Anno 1595. zugefallenen Guths, & multo minus in appositam eidem clausulam consensisse:

- „ Daß nemlichen, wann die in divisione Comiti Wilhelmo zugefallene Halbscheid veräußeret werden wollte, solches anforderist dem
- „ Grafen von Leiningen angezeiget werden, und diesem gestattet seyn
- „ solle, selbige in billigem Preiß an sich zu bringen.

Iniquissimum namque est, ex facto alterius jus nostrum convelli ac labefactari,

L. 11. & 75. de R. I. ibi DD.

& alienatio sive alteratio fideicommissi facta etiam in casu licito non potest successoribus nocere, in quorum præjudicium omnis dispositio tam inter vivos, quam testamento invalida est, vel etiam cæteris agnatis incommodo esse, quia factum unius agnati non præjudicat aliis.

Gylm. Symphor. Tom. 1. Part. 2. pag. 162. Num. 40. 41. 42. & pag. 163. n. 46.

Illtia Exceptio radicata in eo, quod Comes Joannes Ludovicus acquisiverit die Dorffschaften Seck und Stöcken vero ac legitimo emtionis titulo [59] solutoque pretio [60] a Comite Reinhardo de Leiningen, als ein demselben zugeständenes-erbeigenthümliches Guth, hinc actrix, si quod jus

ius habere prætendat, illud actione personali contra Comites de Leiningen, in quos a Comite Wilhelmo indebite ac nulliter alienationem Anno 1611. factam esse prætenditur, persequi debeat, non est magni momenti, cum in hac meditatione secunda satis, ut puto, demonstratum, actione revocatoria recte pulsari quemlibet bonorum fideicommissi obnoxiorum possessorem, inattento justo titulo, quem hic habet pars rea, quæ hic repetere satis est.

Quartam & palmariam exceptionem partis reæ in præscriptione positam esse deprehendo, ad quam stabiendam varia in actis occurrunt. Præcipuum vero & fundamentale est, a) expressus respectivo & tacitus consensus & revocatio fideicommissi eorum, qui paulo ante hoc constituerunt. Dicitur enim est supra, quod in sæpe allegata conventionione de Anno 1595. personæ paciscentes fuerint Comes Wilhelmus & istius fratris Hermannii filii, Jo. Wilh. Hermannus & Philippus Ludovicus, qui itaque soli ex illa primi fideicommissi institutione jus quæsitum habuerunt, consequenter etiam hos ipsos institutores suo juri libere renunciare potuisse præprimis indubitati juris est.

Gail L. 2. Obs. 139. n. 7.

Knipsch. cit. Tract. Cap. 16. N. 121.

per Leg. ibi alleg.

Nam nihil tam naturale, quam rem eo modo, quo colligata est, iterum posse dissolvi & a quovis contractu & pacto ab illis, quorum interest, unanimi consensu posse recedi, quamdiu nulli alteri adhuc exinde jus quæsitum fuit, in quibus terminis casus præsens versatur, quia hic non de fideicommissi antiquo (de quali infra ad sequens objectum litis puncto alienationis pagi *Obertieffenbach* agitur & circa cujus renunciationem alia quæstio erit) sed de tali agitur, quod primum constitutum & ab ipsismet novis constituentibus iterum unanimiter vult revocari, atque hæc revocandi facultas tam in Thesi, quam in hypothese extra controversiam est juxta omnium, quotquot legi, Authorum Sententiam & opinionem.

vid. Knipsch. XVI. n. 39.

L. 5. Cod. de obl. & act.

L. 16. §. 3. ff. commod. vel contra.

Ipsam autem revocationem tam ex parte Wilhelmi Comitis alienantis per ipsius voluntariam & propriam venditionem des *Verichts Sect* de Anno 1611. vel potius de Anno 1607. vid. [101] fol. 1. tam ex parte filio.

filium Hermann præprimis
partis ætatis documento,
Hæc quæstio extra tractum
proponitur, con
fructus jure Wilhelmi
den quæ notandum,
Wilhelmi qui uno aut
mutaretur postquam h
partes etiam successores fa
m de hæc illicet divisio
dicitur

Et adhuc ferret veritas
illis, quatenus habent no
tibus illud non ra
ni absque ulla mentio
proinde minime pe
de verborum evidentia
actum hujus fideicommissi
his super bonis pro rante
mox in de Helwig detur
fideicommissi veram novam
cogitatio altius necesse
ante jam alienatum erat & i
nullo subiectorum nullo m
modo appete inde illud ex
ta excludit æternus.

Verol. axiomat.
Deinde confirmata
exclusio a fideicommissi
k successores, ut vicini
presumendi, cum vicini
tuz, quia vicinus prædi
Klock Conf. ad op
Postquam alienatur Com
bonorum & jurium Com
dem ex tractu nepotes, p
impugnaverunt, nec ex
de Leiningen transire
Cramerii Objec. Tom 2

filiorum Hermanni præprimis expresse infecutam esse, patet ex producto partis actricis documento, scilicet ipso pacto gentilitio de Anno 1613. Hoc pactum teore extractus sub [66] qua Documenti certe contra ipsum producentem probantis, conditum est ab illis ipsis paulo ante nominatis Fratribus, Joanne Wilhelmo, Hermanno & Philippo Ludovico & quidem, quod bene notandum, immediate postquam ipsorum Patrus Comes Wilhelmus, qui uno aut altero anno *das Gericht Seck* alienaverat, mortuus erat & postquam huic Anno 1612. improli defuncto illi tres nepotes ex fratre successores facti erant, fecerunt novam divisionem bonorum & huic scilicet divisioni pactum gentilitium inseruerunt in terminis.

Es ist auch ferner verabrebet, daß die anerbte vid. pag. 6. in specie facti, gehalten haben wolle &c.

Ex quibus illud non tantum liquido & incontestabiliter elucere debet, quod absque ulla mentione, aut relatione ad fideicommissum aliquod anterius, proinde minime per modum confirmationis (uti ex parte actionis contra verborum evidentiam interpretatio fieri vult) sed plane de novo objectum hujus fideicommissi familie determinaverint, præscriptis verbis super bonis pro tunc actualiter possessis & divisis NB. *die ein jeder ansejo in der Theilung bekommen*, radicaverint & respectu anterioris fideicommissi veram novationem fecerint, quo ipso omnis obligatio & cogitatio alicujus nexus fideicommissarii respectu *des Gerichts Seck*, quod ante jam alienatum erat & in divisionem hanc bonorum novo fideicommissio subjectorum nullo modo venerat, plenissime exclusa fuerat; ad quod apposite inde illud axioma juris applicari potest, quod inclusio unius sit exclusio alterius.

Barbos. axiomat. jurid. L. 9. cap. 44.

Deinde confirmata fuit, si non expresse, saltem tacite, hæc realis exclusio a fideicommissio, ex eo scilicet b) resultans, quod hi tres fratres & successores, utut vicini, quid circa bona stemmatica actum sit, scivisse præsumendi, cum vicinitas loci operetur & inducat præsumtionem scientiæ, quia vicinus præsumatur scire, quæ aguntur in vicinia.

Klock Conf. adopt. 92. N. 36.

Postquam alienator Comes Wilhelmus vita excefferat & Successio omnium bonorum & jurium Comitatus Wedani ad prædictos tres Comites, ejusdem ex fratre nepotes, pervenerat, hi alienationem *des Gerichts Seck* non impugnaverunt, nec ei contradixerunt, sed prædium quasi. ad Comitern de Leiningen transire passi fuerunt, item ab Anno 1611. usque ad

annum 1637. quo Anno prædia quæst. rursus Comiti a Nassau-Hadamar vendita sunt, id in manibus Comitum Leiningensium intactum & non contradictum reliquerunt. Per quam intermissionem & quidem geminatam, consensum tacitum & approbativum induci, alienationemque fideicommissi validari, omnino censendum.

Taciti enim & expressi eadem vis, eadem virtus est L. 31. §. 21. ff. de ædilit. edict. L. 21. ff. de jure dotium.

dummodo verba expressa pro forma actus non requirantur.

Stryck de jure sensuum diss. 10. c. 4. n. 13. seq.

quod hic neutiquam est, sed tacitus quoque consensus hic omnino sufficit, idemque operatur, quod expressus, modo non ex sola præsentia, sed & taciturnitate, qua alienationi præsens haud contradixit, tacitus consensus colligi possit.

Vultej. de feud. L. 1. C. 10. n. 125. in fine.

Jus enim feudale nullibi consensum expressum exigit, verbumque consentire tam ad tacitum, quam ad expressum consensum pertinet & nulla adest ratio, cur tacitus consensus excludi & non potius regulæ, dicendo, sufficere consensum quemlibet sive expressum sive tacitum, inhereri debeat.

Quare a jure feudum, vel prout hic, fideicommissum alienatum revocandi agnati, qui alienationi vel expresse vel tacite consenserunt, aut eam ratihabuerunt, potestatem non habent.

1. feud. 5. verbis: præterea, si ille, ad quem feudum per successionem jure obvenire debet, consenserit eos investiri, ad quos secundum rectum morem non pertinet, nullo modo ad id repetendum regressum habet.

2. feud. 39. ibi. nisi consentientibus.

2. feud. 26. §. Titius. verbis: quodsi consensit alienationi vel per annum, ex quo seivit, tacuit, omnino removebitur.

in quibus locis hoc omnes Feudistæ communi ore asserunt.

Rofenth. de feud. Cap. IX. Concl. 27. n. 3. & 5.

Schrad. de feud. Part. 8. C. 5. n. 4.

Gylmann. Symphor. Tom. IV. P. 1. pag. 59. n. 92.

Mynsing Cent. 4. Obs. 87.

qui quidem de consensu Domini directi loquitur, attamen de illo dicta recte etiam transferuntur ad consensum agnatorum,

Klock. Tom. II. Conf. 16. n. 30.

Horn jurisprud. feud. Cap. XX. §. 14.

& eo ipso censentur & ipsi alienasse, cum paria sint, alienare & alienationi consentire, is enim alienare dicitur, qui usucapi patitur.

Knipsch. de fideicom. Cap. XVI. n. 88.

b) Bona fides Comitis de Leiningen, utpote emtoris (qui, licet tabulæ emtionis de Anno 1611. celebratæ in actis productæ non sint, probabiliter fuit Philippus Jacobus, qui Anno 1612. demum absque liberis decessit, fratre Rheinhardo illi in Comitatu succedente) eo quod jus aut potius facultatem liberam emendi sibi esse, ex tabulis divisionis de Anno 1599. optime existimare, nexum fideicommissi anterioris de Anno 1595. vero ignorare potuerit.

c) Bona fides secundi emtoris Joannis Ludovici Comitis de Nassau, qui qualitatem fideicommissariam ex pacto de Anno 1595. oriundam plane nescivisse, præsumendus est, utpote quod prædia qua bona omnino libera a tertio possessore Comite de Leiningen [59] emerit, nec tempore emtionis ex parte Comitum de Wied interpellatus sit. Cui iusto titulo tam ratione Imi, quam Ildi emtoris accedit

d) Tempus si non immemorabile, cum constet de initio possessionis & primæ possessionis [102] fol. 1. saltem centenarium & sic ultra longissimum.

Triginta enim annorum præscriptione actiones tolluntur omnes, nec illarum vitam longiorem esse, permittunt leges nostræ,

L. 3. C. de præscript. 30. vel 40. ann.

Besold. Conf. 134. n. 3.

& præscriptio longissimi temporis excludit omnem actionem, tribuitque plenam securitatem,

Besold. Conf. 79. n. 47.

tollitque omne jus adversarii, atque hanc esse præscriptionis vim, ut omnis lis & controversia omnis per eam finiatur, & is, quo pro est, tutus omnino reddatur,

Wesenebec. Part. 1. Conf. 22. n. 6.

unde exceptionem præscriptionis peremptoriam esse litis finitæ docent Practici.

Adeo, ut iudex præscriptionis exceptionem etiam a parte non allegatam, ex actis tamen apparentem, ex officio supplere cogatur.

Carpz. P. I. Conf. 25. det. 1. & 2. n. 8.

Adeo, ut secundum veriore sententiam, nec in integrum restitutio ex capite ignorantie contra præscriptionem impetrari possit, alias

enim tota usucapionum & præscriptionum fundamenta penitus everterentur.

Hahn ad Wefenb. Tit. ff. ex quib. caus. rest. in integr. n. 10. ubi simul testatur, in hanc sententiam sæpius judicatum esse.

Concurrente igitur tacito consensu filiorum Hermanni, ceu primæ lineæ, duplici bona fide, tam Comitis de Leiningen, quam Comitis Joannis Ludovici a Nassau qua emtoris, ac justo titulo, nec non tempore plusquam longissimo, bona quæst. potuisse præscribi, extra omnem contestationis aleam positum est. Siquidem etiam jus naturale acquisitionem & amissionem rerum secundum lapsum temporum dimetiendam provinciarum rectoribus omnino commendat. Rem esse lubet verbis Puffendorffii apud Werlstoß Diss. de præscriptione inter gentes pag. 28. usucapionem, inquit Puffendorff, prout abstrahit a punctis temporum per leges civiles designatis, esse velut adpendicem vel consecarium Domini rerum, adeoque cum Dominia rerum introducerentur, id quoque pacis causa placuisse, ut, qui aliquid neque vi, neque clam, neque præcario suo nomine possideret, tantisper Dominus præsumeretur, donec ab altero contrarium probaretur, qui autem per longissimum temporis spatium, per quod nemo mediocriter diligens rem suam negligere creditur, aliquid b. f. possederit, suum petitem plane possit repellere, quod non citius rem suam vindicatum iverit, sed silentio quasi dereliquerit.

De jure civili supra jam actum & posse bona fideicommissa subjecta longissimi temporis, triginta vel quadriginta annorum spatio præscribi adversus possessorem vel illum, qui agere potest, docent

Hartmann Pist. L. 2. quæst. 8. n. 46. & 64. seq.

Peregrinus de fideicom. art. 41. n. 10. & reliqui

a Knipfch. de fideicom. Cap. XVI. n. 90. alleg.

Neque obstant ea, quæ pro contraria sententia allegare conatur pars actrix, quod nimirum

- 1) a Wilhelmo alienatore non descendat,
- 2) quod eorum pater per transactiones [35] & [36] demum Anno 1692. & 1698. in Comitatu Wedano-Runkelano successerit & si forte exceptio præscriptionis locum habere possit, ea tamen devoluta demum successione procedat. vid. [64] fol. 1. & 2.
- 3) Quod etiamsi actor tempore alienationis non vixerit, competeret tamen ipsi actio ex jure proprio, imprimis cum præscriptio contra ascendentes hæud completa sit, siquidem in confesso esset.

4) Quod

4) Quod Wilhelmus a præscriptio contra patrem non tenet & ea propter hanc tricen-

5) Quot tempore pacis anno Indus & Lucius per actrix non

6) Quod hereditas Mauriti ad filium suum dicitur Fredericus vixit & demum Anno 1692. morte eius patris hinc, proindeque

7) Quod Comes Ludovicus Anno 1691. juravit se sequi suorum hinc hinc hinc hinc

8) Quod actrix Anno 1692. juravit se sequi suorum hinc hinc hinc hinc

9) Quod actrix Anno 1612. usque 1700. usque 1706. præscriptio vero 1712. non continet ad hanc veni-

nature non defendit alienationem bonorum cum tatem raram ha-

per jura supra Ad II. & III. [1] fol. 2. continetur

Wesano - Runkelano Mauritio Christiano mansit II. ab Anno

Anno 1640. nec non

- 4) Quod Wilhelmus alienator ad 1612. mortuus, a quo tempore præscripto contra partis actricis abavum Hermannum I. saltem sex annos currerit & eadem ab Anno 1618. usque ad Annum 1648. propter bellum tricennale dormiverit.
- 5) Quod a tempore pacis Westphalicæ Comes Mauritius Christianus, Johannes Ernestus & Ludovicus Fridericus Comitatum tenuerint, a quibus pars actrix non descendat.
- 6) Quod hæreditas Mauriti Christiani ad Creditores & hæreditas Joannis Ernesti ad filium suum Ludovicum Fridericum pervenerit, hic Ludovicus Fridericus vero actoris Patrem, Avum & Proavum supervixerit & demum Anno 1709. juxta [45] & [46] mortuus sit, consequenter ejus patruus uno & propatruus duo gradus proximiores fuerint, proindeque ejus hæreditas actori deferri nequidem potuerit.
- 7) Quod Comes Ludovicus Fridericus Comitatum Wedano-Runkelensem Anno 1691. juxta [34] actoris Proavo Friderico & hic eundem nepotum suorum Tutoribus, ratione quorum præscriptio cursum haud habuit abdicaverit.
- 8) Quod actoris Avus nunquam ad successione pervenerit, sed Ann. 1690. juxta [35] e vita excesserit, pater Maximilianus Henricus vero teste [37] saltem ab Anno 1701. usque 1706. regimen habuerit.
- 9) Quod saltem initium duodecim annorum præscriptionis ab Anno 1612. usque 1618. ab Anno 1691. usque 1692. & ab Anno 1701. usque 1706. contra actoris ascendentes locum habeat, dicta præscriptio vero contra eundem propter pupillarem ætatem usque 1712. non continuaverit. Nam

ad Imum verum quidem est, quod actor a Comite Wilhelmo alienatore non descendat, descendit tamen ab Hermanno II. qui nunquam alienationi bonorum quæst. contradixit, sed potius eandem per suam taciturnitatem ratam habuit.

per jura supra alleg.

Ad II. & IIIum maximus hic existit hiatus, cum ipsa pars actrix [1] fol. 2. confiteatur, Comitem Fridericum Anno 1638. in Comitatum Wedano-Runkelensem successisse, eundemque Anno 1640. fratri suo Mauritio Christiano abdicasse, quandoquidem num Friderici Pater Hermannus II. ab Anno 1611. usque ad Annum 1638. sicut & Fridericus ipse Anno 1640. nec non frater ejus Mauritius Christianus cum reliquis suc-

cessoribus tempora præscriptionis sicut elabi, nulla ratione completæ præscriptionis superesse potest quæstio, cum omnes, qui ab Anno 1638. usque ad Annum 1698. in Comitatu Wedano successere, filii & nepotes Comitis Hermanni II. fuerint, proindeque ipsis actio revocatoria non competierit,

Horn jurisprud. feud. Cap. XX. §. 17. ibique alleg. nec eandem instituere intenderat.

Ad IVtum & Vtum sit ita, quod a morte Wilhelmi de Anno 1612. usque ad initium belli tricennalis saltem sex anni currebant, sit porro, quod tempore belli usucapio vel præscriptio non procedat vel currat,

R. I. N. §. 172.

Bœhmer in jure Eccl. protest. Tom. I. L. II. Tit. 16. §. 47.

quanquam alii, utrum justitium adfuerit, nec ne, distinguant & priori casu tempora belli detrahenda esse, posteriori non æque, existimant;

Attamen ab Anno 1648. usque ad annum junctis 6. annis ante bellum lapsis, siquidem tempora ante bellum cœptæ præscriptionis cum temporibus post bellum bene conjungi poterunt ad præscriptionis complementum,

Textor ad R. I. N. Disp. XIV. §. 46.

Lauterb. Coll. Theor. pract. L. XLI. Tit. 3. §. 52.

præscriptio jamdiu completa fuit.

Ad VI. VII. & VIII. largiri potest, hæreditatem Mauriti Christiani ad Creditores & hæreditatem Joannis Ernesti ad filium suum, non vero ad actores pervenisse. Sufficit enim mihi, quod actor causam suam a Comite Friderico derivet, quo vivente præscriptio suam jam consecuta complementum. Corruit itaque

Ad IXnum parvis actricis ratione præscriptionis facta calculatio, etiamsi lubenter concedam, contra minores non currere potuisse præscriptionem.

Lauterbach Coll. Theor. pract. L. XLI. Tit. 3. §. 24.

Quandoquidem præscriptio in persona Friderici jam completa & hic Fridericus per suam ab Anno 1690. factam abdicationem juri alterius per præscriptionem acquisito præjudicare nequiquam potuit.

Concludo igitur, actionem intentatam, ut in Thesi eandem probatam esse in antecedentibus sustinui, nihilominus in hypothese nostra, mediante fortissima præscriptionis exceptione, elisam & sublatam esse, ideoque

que ex magis, un alias
si item ab illi qui ex pa
tuerit, non liberatione
post lapsum un temporis
tas essentialis actricis
ta un temporis spatium
venit. Sicutem Herma
1612. A. eadem filius Fr
Mauritii Christianus &
sunt unam semper habue
ti nec potui nescivere
nec deinde, si possessio
Cod. Theod. inter
vel 40. annor

MEM

Quænam actio instituta
his et vel quibus dicitur
sicut cum pœnitentiis
Præscriptio hic
a) Paris actricis abro
cum finitorem huc in
actionis genus non demo
salem (1) petierit, du
nullam mentionem de fr

Quænam actio ve
b) iudici in unum
officio subvenit, per
Gull. I. Ob
de Ludwip
ui sectione sua huj
Hincidem hic ob
toriam institutam esse
si de Anno 1612. 166
verbis: hinc actio
dui fuit. Hujus Ca
recti & Agatorum

que eo magis, cum alias possessoribus bonorum sat dura foret conditio, si iidem ab illis, qui ex pacto fideicommissario ad certa bona aspirare potuerunt, varias alienationes non impugnando, nec iisdem contradicendo post lapsum tanti temporis actione revocatoria pulsari possent, cum potius antecessoribus actricis propriae negligentiae adscribi debeat, quod intra tanti temporis spatium de jure revocandi bona quaest. neque cogitaverint. Siquidem Hermannus I. post obitum Wilhelmi alienatoris Anno 1612. & ejusdem filius Fridericus, qui Anno 1638. successit, hujus frater Mauritius Christianus & reliqui hanc alienationem per taciturnitatem suam ratam semper habuerint; Et quis proinde feret institui jurgia, quae avi, nec proavi nescivere & quae acerbum litigatorem tam valida submovebit defensio, si possessorem nec secula in infinitum tueantur.

Cod. Theod. inter Novellas Valentiniani Tit. de praescript. 30. vel 40. annor.

MEMBRUM TERTIUM.

Quanam actio instituta ratione secundi litis objecti, wegen des An. 1649. an das gräfliche Haus Nassau Hadamar verkauften Dorfs Obertiefenbach cum pertinentiis & an illa per exceptiones partis reae elisa sit.

Praemittendum hic esse arbitror,

a) Partis actricis advocatum suo officio debite functum haud fuisse, cum fundamentum suae intentionis praepimis in accidentalibus posuerit, actionis genus non denominaverit, varia illuc facientia omiserit, sed saltem [1] petierit, die Alienation des Dorfs Obertiefenbach zu cassiren, nullam mentionem de fructibus faciendo.

Quemadmodum vero

b) judici incumbit, in genus actionis institutae inquirere & actori ex officio subvenire, praesertim quando clausula salutaris in libello adjecta,

Gail 1. Ob. 61. n. 10.

de Ludolph. Symphor. Tom I. Consult. XXIX. p. 599.

uti sectione Ima hujus meditationis latius demonstratum est.

Hincidem hic obtinere debet. Censendum proinde, actionem revocatoriam institutam esse & quidem ex duplici capite, nimirum fideicommissi de Anno 1613. [66] & feudi Nassovici [30|31|114] vid. [1]. fol. 14. in verbis: dieser auch ein Fideicommiss. und Stammguth, ingleichem von dem Fürstl. Haus Cassellenbogen lehenrührig, mithin absque Domini directi & Agnatorum consensu nicht zu veräußeren gewesen.

Item

Item [40] in verbis: daß Frau Klägerin das Dominium utile des Dorfs Obertieffenbach zu repetiren berechtiget wäre.

c) Hanc actionem competere parti actrici qua agnato, ex eo liquet, quia prædium Obertieffenbach partim nexu fideicommissi, partim etiam feudalitatis affectum est. De actione revocatoria ex capite fideicommissi jam in Sectione I. hujus meditationis Ildæ actum, quo fit remissio.

Quoad præsens objectum litis actionem revocatoriam ex capite feudi institutam esse vel instituendam fuisse existimo, cum hac mediante agnatus vel simultanee investitus feudum nulliter, vel illicite alienatum a quocunque etiam possessore vindicet, aut revocet.

Horn Jur. prud. feud. Cap. 20. §. 12.

Struv Synt. Jur. feud. Cap. XIII. §. 17.

Datur etiam alias in casum feudi alienati actio in factum in revocatoria, Tillmann de Benignis Dec. Cam. Synt. I. Vol. 1. n. 1. vel utilis rei vindicatio.

Senckenberg Jur. feud. primæ Lin. P. 11. Cap. 17. §. 439.

Ex quo sequitur, hanc actionem realem, aut saltem in rem scriptam esse, quæ contra tertium possessorem rite institui potest. Progredior nunc ad

QVÆSTIONEM I.

An actio hæc revocatoria ex fideicommissio rite probetur ex pacto inter fratres lineæ defuncto Comite Wilhelmo unice superstitis de Ao. 1613 [66] inito?

Antequam vero circa resolutionem hujus quæstionis mentem aperiam, quasdam a parte actricis prolatas causales revocandi pagum Obertieffenbach hic allegare non abs re erit.

Dicit pars actrix in libello [1] quod Mauritius Christianus pagum Obertieffenbach ex metu vendiderit, quod dolo inductus & ultra dimidium læsus fuerit & quod denique Comes Joannes Ludovicus in Nassau-Hadamar contractum ex sua parte non adimpleverit, nec pretium conventum ex integro solverit, sed ratione illorum a Sacra Cæsarea Majestate prætense pactorum 100. Römermonathen, qui duo emtori a dicta Sac. Cæs. Maj. assignati fuerunt, per tria millia & ducentos Imper. detraxerit; quandoquidem vero hæc allegationes nec in minimo probatæ & ad rem parum faciunt, sed potius de consensu re & pretio, imo de facta ex post solutione ex actis constat, multo minus aliqua læsio ratione pretii

Observat. DCCCCLXXXII.
 precii pro illorum & c.
 detur etiam nullum & d.
 talem in huncmodi
 concubitu sicut est, cum
 Lint. Aft. publ.
 concubitus, quam ad
 nem nullum supra posit
 est casu
 1) et esse pacti de
 Wilhelmo, Hermannum
 Dis de successioe
 pater illorum Herren
 cum dometio Norten
 für die 30000. fl. erfau
 in veräußeret werden,
 ciren werden; vonselb
 und Ordnung auch pact
 ra, sich hemi und
 vira.
 Quis vero in dubio hie
 man, consequenter illi
 eadem probare necesse hab
 L. 7. §. 1. ad Sym
 Laurent. Coll. The
 Tenor Disp. de ex
 Riccio Dec. 61.
 una bona potius libera,
 L. 29. §. 1. de lib.
 Surdus Dec. 238.
 hoc præcipue ratione, qu
 nati & testanti facultat
 Brunn. Conf. 2.
 consequenter, si nec ver
 biguo fideicommissum Pa
 Menochi de præsu
 Actumen in fideicommiss
 habet. Illa enim citius
 Keipich. de fidei
 Oratori Obj. Tit. III

pretii pro illo tempore & circumstantiis in Imperio præsumenda, nec ista deductio trium millium & ducentorum Imp. intuitu deren vom Reich verwilligten 100. Römmermonathen pro contraventione, aut non adimplerione contractus habenda est, cum ex

Londorp. Act. publ. Tom. 6. p. 361. Tom. 7. pag. 688.
contrarium potius, quam actoris allegatum eruendum est. Ad resolutionem quaestionis supra positæ me convertor, eandemque affirmandam esse censeo

a) ex tenore pacti de Anno 1613 [66] inter Comitem Joannem Wilhelmum, Hermannum & Philippum Ludovicum initi, in verbis:

Das die anererbre Land und Leute, die ein jeder unter obgedachten zweyen älteren Herren Brüdern anezo in der Theilung bekommen, wie auch dieselige Renten oder Land, welche Herr Graf Philipp Ludwig für die 80000. fl. erkaufen würde, in keinemweg aus dem Stamm solten veräußeret werden, sondern je und alleweg dabey gelassen und erhalten werden; inmassen sie dann dieß vor ein ewiges Gesaß, Statut und Ordnung, auch pactum reale bey ihrem Hauß geachtet und gehalten, auch hiemit und in kraft dieses gemacht und gehalten haben wollen.

Quamvis vero in dubio fideicommissum, seu illius constitutio non præsumatur, consequenter ille, qui fundamentum suæ intentionis in illa ponit, eandem probare necesse habeat,

L. 78. §. 3. ad Stum Trebell.

Lauterb. Coll. Theor. pract. ad Trebell. §. 6.

Textor Disp. de excluf. fœmin. per masculos §. 4.

Richter Dec. 62.

cum bona potius libera, nullique oneri præsumantur obnoxia,

L. 29. §. 1. de lib. & post. hæred. inst.

Surdus Dec. 238. n. 13.

hac præcipue ratione, quod per fideicommissum libera alienandi, disponendi & testandi facultas adimatur contra regulam L. 21. C. mand.

Brunn. Conf. 3. n. 3.

consequenter, si nec verba disponentis, nec voluntas ejus urgeat, in ambiguo fideicommissum Familiæ non dicatur inductum.

Menoch de præsumt. Lib. 4. p. 67. n. 9.

Attamen in fideicommissis Familiarum, inprimis illustrium, aliter res se habet. Illa enim citius præsumi debent,

Knipsch. de fideicom. Cap. 7. n. 98.

Crameri Obs. Tom. III.

Kkk kk

&

& propterea fideicommissum odiosum dici non potest, quod alienationem impediatur, quia unusquisque rebus suis talem legem imponere potest, quæ sibi placuerit, neque etiam fideicommissum contra regulas juris inductum, sed a legibus receptum & approbatum est.

Mev. P. 7. Dec. 18. n. ult.

Toto T. ff. de legat. fideicom.

Et quamvis etiam alias alienationis prohibitio esset odiosa, hoc tamen non procederet, si prohibitio ista facta fuerit pro conservatione Familiæ & agnationis, hanc enim principali Testatoris considerato proposito favorabilem esse tradit.

Fusar de fideicom. q. 676. n. 5.

Hertel in Dissert. de alienat. fideicommissi fam. perhibita §. IX.

Quando enim ratio alienationis prohibitioni adjecta est favorabilis, ipsa quoque prohibitio favorabilis esse judicatur

Fusar. alleg. loc. n. 5.

& alienationis prohibitionem non esse odiosam, quæ facta a jure, lege vel statuto, docet

Petra de fideic. q. 5. n. 69.

Hertel §. 5.

Menochius Lib. 4. præf. 67. n. 20.

Decian. Vol. 1. Conf. 1. n. 89.

Lud. Beutel de ult. Vol. Dec. 1. n. 194.

Conf. Tubing. Vol. 1. Conf. 51. & 52.

Quare etiam verba supra allegata:

Daß kein Land noch Leute ausser dem Stamm sollen veräußeret, sondern dabey gelassen und erhalten werden.
verum, ac perpetuum indigitant Familiæ fideicommissum, quamvis paciscentes hac voce usi haud fuerint, nam certe substitutiones & fideicommissa etiam in contractibus ordinari possunt.

Peregrin. de fideicom. art. 51.

Hertel in dict. Dissert. §. 7. usque 11.

Boehmer de act. Sect. II. Cap. 3. n. 92.

Harppecht Dissert. de fideicom. convent.

L. 3. Cod. de donat. quæ sub modo fiunt.

Quemadmodum enim legem rebus suis dicere quis potest, quam vult testando, ita etiam contrahendo & alias argumentum ab ultimis voluntatibus ad contractus procedit.

Everhard in loco legali a Contractu ad ult. volunt. §. 36. n. 2.
Hertel §. 4.

& licet institutor non dicat, se fideicommissum familiae conservandae causa relinquere, aut ordinare, ex mente tamen aut sententia ejus ipsum hoc voluisse colligi debet. Et si de conservatione bonorum in agnatione vel familia agitur, fideicommissum praesumi docet

Mascard de prob. Concl. 775. n. 5.

Nam si ex conjecturis colligi potest, testatoris & disponentis voluntatem fuisse, fideicommissum familiae relinquere, voluntas illa sola utique valebit, cum in fideicommissis sola disponentis voluntas sit spectanda,

L. pen. ff. de legat. 1.

& ex conjecturis fideicommissum induci, patet ex

L. 67. §. 9. & §. fin. ff. de leg. 2.

L. 102. ff. de condit. & demonstr.

multo magis autem familiae, cum quilibet praesumatur appetere honorem & incrementum dignitatis suae agnationis, maxime vir nobilis naturali impulsu nihil magis desiderasse credendus, quam suae familiae favore, eamque conservari & propagari.

Mantica de conject. ult. Vol. L. 6. tit. 15. n. 1.

Hinc ex conjectura inducitur Familiae fideicommissum, quando Testator expresse dicit mentem & voluntatem suam esse, quod bona permaneant in familia.

Menoch de praesumpt. Lib. 4. praef. 69. n. 16.

Quandoquidem verba sequentia, eaque praegnantia accedunt:

Das sie Paciscentes solches vor ein ewiges Besatz, Statut und Ordnung gehalten haben wollen.

Atqui prohibitio alienationis pro conservanda familia facta, sive ut bona in familia maneant & conserventur, inducit fideicommissum & quidem simplex seu absolutum, non in casum alienationis tantum, maxime quando a Testatore agnationis seu familiae conservatio cum aliquo tractu spectata fuit, vel in ratione adjecta fuit addita dictio *perpetuum*, aut *semper vel in infinitum*.

Mantica ante cit. L. 6. tit. 15. n. 13.

L. 38. §. 4. ff. de leg. III.

Stryck de caut. test. 31. M. 1. §. 32. pag. 892. ibique DD. alleg. ubi inquit, illud non recipere dubitationem, quin si testator prohibuit alienationem bonorum pro perpetua conservatione familiae, ex his verbis inducatur perpetuum fideicommissum.

Hartmann Inst. L. 4. quæst. 9. n. 40.

Fachinæus Controv. jurid. Lib. 4. cap. 49.

Fusar. de substit. quæst. 575. n. 5. q. 688. n. 64.

Imo etiam sola voluntas, quod bona conserventur in familia, absque prohibitione alienationis, inducit absolutum fideicommissum,

Kellenbenz de renunt. qu. 21. n. 13.

ubi dicit, verbum: *familie conservationis gratia*, fideicommissum inducere.

b) Quæ omnia eo magis procedunt, ex quo Comes Joannes Ludovicus in Nassau-Hadamar in tabulis emtionis venditionis [18] & [61] qualitatem fideicommissariam prædio Obertieffenbach inhærentem ipse agnovit in verbis:

„ Besonders da der Consensus von des Herren Verkäufers Herrn Brü-
 „ dern, bis auf Grafen Hermann, seine Richtigkeit habe, daß Herr
 „ Verkäufer den noch manglenden Consens zu wegen zu bringen und
 „ Herrn Käufern zu liefern, sonderlich was das Haus Wied Erb-
 „ und Stammsvereinigungshalber gegen diesen Verkauf einzuwenden
 „ hätte und vorbringen wollte oder möchte, allerdings schadlos zu hal-
 „ ten und zu vertreten, ohne Zuthuung einiger Kösten schuldig zu
 „ seyn.

Nulla vero fortior etiam in probando tali fideicommissio familiæ perpetuo datur probatio, quam quæ propria ipsius partis adversæ confessione scripta constat.

Harppecht in tractat. academ. de Success. P. 2. pag. 847. n. 699. seq.

Provocat quidem pars rea in actis passim ad productionem originalis, indeque statui posset, eandem præire debere, sed nihilominus ad definitivam progredi posse, sentio

tum quia Dominus emtor fideicommissum nostrum pactitum in tabulis emtionis vend. a parte rea ipsa [61] productis agnovit,

tum etiam, quia omnem in eventum hic defectus ex officio adhuc suppleri & ferendæ sententiæ annecti potest, quod pars actrix originale producere debeat.

Hinc concludo, actionem institutam rite prolatam & utique eam competere parti actrici, ac moderno actori, Domino Comiti Joanni Ludovico in Wied Runkel, qua descendenti ex Hermanno I. qui una cum fratribus omnia bona tunc temporis possessa nexui fideicommissario subjecit. Extenduntur enim talia fideicommissa pactitia ultra quartum gradum in infinitum,

Col-

Observat. DCCCCLXXXII
 Collez. mit argentur.
 Kofeln 17. n. 137.
 & in pactis an litem nobis

quod in hac Novella fidei-
 commissum facta sit p
 licet non fuerit adema,
 sed in Differt. de alie
 rion DD. novellam han
 ceterum concordant
 circa de success. ab imen
 de Wied in Select.

An hoc alio revocari
 commissio perpetuo fideicommissum
 pro actu pars rea, palam
 ponit, quod singuli fratres &
 nis vixerent & a conditoribus
 alienationem hanc volentibus
 spectare Anno 1670. in male
 bus videre est, venditionem
 ne Erudo & Wilhelmo L
 mitem Hermannum & Co
 Rectorem Diner juxta
 verbis:

„ Daß sie beyde Selb-
 „ des Darffs Nichte
 „ ziele eod. [61] C
 „ freit Wolandt,
 „ Palmarz obgeho-

Colleg. jurid. argentorat. L. XXX. tit. I. n. 61.

Knipsch. C. 7. n. 137. 138. 139.

& in pactis non solum nobis, sed & hæredibus prospicimus,

Per notoria.

quidquid DD. ex decantata Novella adstruere intendant, siquidem Cujacius & alii jam diu explorere, Tribonianum ad conficiendam istam Novellam fuisse corruptum, adeoque hanc Novellam esse ex earum numero, quas Tribonianus, homo avarissimus, pecunia corruptus de industria composuerit obscure & ambigue,

Rittershus ad Novellas P. 6. c. 13. n. 3. pag. 368.

aut quod in hac Novella fideicommissum proprium non occurrat, cum partim filiis tantum facta sit prohibitio alienandi, partim facultas testandi desuper non fuerit ademta, uti late explanat

Hertel in Dissert. de alienat. fideicom. fam. illicita §. 50. & seq. quare etiam DD. novellam hancce in Germania nunquam ad observantiam redactam contendunt.

Stryck de success. ab intest. disp. 7. cap. 3. §. 41.

de Wernher in Select. Obs. for. P. 8. Obs. 256. Vol. 5. p. 472.

QVÆSTIO II.

An hæc actio revocatoria bonorum per pactum de Anno 1613. fidei commissio perpetuo subjectorum per exceptiones partis reæ sit elisa?

Imo dicit pars rea, palmariamque, ut putat, exceptionem in eo ponit, quod singuli fratres & Comites de Wied, qui tempore alienationis vixerant & a conditoribus fideicommissi causam suam habebant, in alienationem hanc consenserint, tabulas venditionis subscripserint, ac respective Anno 1650. formalem consensum præbuerint [18] & [62] Ex quibus videre est, venditorem Mauritium Christianum cum fratre suo Joanne Ernesto & Wilhelmo Ludovico subscripsisse contractum, nec non Comitem Hermannum & Comitem Fridericum, eumque ultimum per suum Receptorem Düner juxta [62] consensum in alienationem præbuisse in verbis:

„ Daß sie beyde Subscriberes vor sich und ihre Erben in den Verkauf
„ des Dorfs Obertieffenbach vollkommen einwilligen, wie dann auch
„ teste eod. [62] Graf Friederich dasjenige, was sein Rentmeister,
„ krait Vollmacht, mit Herrn Grafen Johann Ludwig von Nassau
„ Hadamar abgehandelt, ratificiret hat.

Constat autem, quod quilibet favori pro se introducto renuntiare valeat & solvatur nexus fideicommissarius eorum consensu, qui id constituerunt vel ad id interesse habent.

Ido ponit pars rea exceptionem suam in lapsu longissimi temporis, & completa ex illo prescriptione collocata, utpote quæ prescriptio omnibus requisitis, justo titulo ob tabulas venditionis solutumque pretium, bona fide, ob consensum omnium ad bona fideicommissaria interessentium & longissimo tempore sc. 60. annorum & quod excurrit, munita sit.

Illud allegat eadem pars rea; quod juxta partis actricis confessionem in libello [1] contentam, Comitatus Wedano Runkelanus ære alieno quam maxime oneratus, quo in casu alienatio hujus vel illius prædii valide fieri posset.

Ast has & similes oppositiones non sufficere credo, siquidem ad

1) nimirum ratione consensus ab omnibus in alienationem præstiti, rehero, quod Fridericus senior fratrum, utut consentiens in venditionem *Obertieffenbach*, præjudicium afferre non potuerit filio suo primogenito *Georgio Hermanno Reinhardo*, actoris avo, qui tempore præstiti 1649. consensus octavum jam attigerat annum, natus Anno 1640. & jus quæsitum habebat ex pacto ab avo cum avunculis 1595. inito. Constat enim, fideicommissa familiæ non modo primo fideicommissario, sed post eum omnibus ejus posteris, cuique suo ordine condita esse in perpetuum. Quapropter in illa nunquam in persona defuncti prædecessoris, sed proprio semper jure, ex dispositione primi constituentis immediate acquisito, succeditur. Hinc itaque consequens est, ipsius patris aut agnatorum alienationem ipsorum filiis & hæredibus non obstare & quando omnibus de familia consentientibus de facto alienatio subsequuta sit, filios vel ipsius alienantis vel consentientium in alienationem, quia a patre causam non habent, rem alienatam repetere & vindicare posse.

Knipsch. de fideicom. Cap. 11. n. 349. ibique alleg. DD.

siquidem alteri per alterum iniqua conditio inferri non debet, neque etiam quisquam alterius juri renuntiare, aut pactationibus privatis ejus jus lædere potest & pacta ad alios, quam cum quibus inita sunt, porrigi nequeunt.

Ad fideicommissum agnaticum etiam vocatus cuicumque sequenti fideicommissario quoad jus ex primi institutoris intentione in eodem succedendi, suo facto præjudicare neutiquam potest.

L. 69. §. 3. in verb. nec tamen ideo sequentium causa propter superiores imposterum lædi debet ff. de Leg. I.

Fufar. de substit. fideicom. q. 588.

Menoch de præsumt. Lib. III. præf. 215. n. 59.

Peregrin. de fideicom. art. 52. n. 81.

Consil. Marburg. Vol. II. Conf. 25. n. 71.

Quemadmodum vero a supra relato Georgio Hermanno Reinhardo jus suum deducit modernus actor, ita etiam ei nequiquam obstat, quod Comiti Mauritio Christiano successerit frater natus minor, Joannes Ernestus, in bonis & non constet, an hæreditatem fratris sui alienantis repudiaverit & annon factum ejusdem præstare obligatus haud fuerit, siquidem ex actis de progressu & effectu Commissionis Cæsareæ desuper impetratæ [32] nihil videre est & quod Joannis Ernesti filius Ludovicus Fridericus Comitatum Wedano Runkelanum avunculo suo, Friderico, actoris nostri abavo, Anno 1691. gratuito resignaverit, indeque inferri posset, obligationem præstandi factum ejus in alienantem Comitem Mauritium transmissam esse, quandoquidem cedens Ludovicus Fridericus Anno demum 1709. improlis decessit & per ejus mortem nepos Cessionarii, Maximilianus Henricus jus succedendi proprium consecutus, vi cujus ipsi actio revocatoria nequiquam denegari potest.

Renuntiationem enim fideicommissi a patre vel aliis antecessoribus factam filio vel successori ordine successivo vocato non nocere, tradunt

Fufar. de fideicom. substit. q. 593. n. 165.

Menoch de præf. Lib. 3. præf. 115. n. 19.

Sed renuntiatio valet tantum in præjudicium renuntiantis, non vero sequentium, cum nemo alieno juri renuntiare possit,

Mynf. Cent. 5. Obs. 63. n. 10. ibique alleg.

ac hæredem non posse præjudicare per actus voluntarios fideicommissariis & substitutis tradit

Peregrin. de fideicom. art. 52. n. 51.

renuntiationem quoque fideicommissi a primo substituto factam non nocere secundo vocatis & reliquis, docent

Peregrin. loc. cit.

Menoch Lib. 3. præf. 215. n. 59.

Quoties autem filius vel hæres beneficium, hæreditatem, vel bona non habet a patre suo vel alio defuncto, tunc contra factum ejus venire potest,

Hier. Schurff Cent. II. Conf. 82. n. 3.

& generaliter hæres contra factum defuncti venire potest, quotiescunque non aliquo hæreditario, sed proprio jure utitur & quando filius bona non a patre, sed aliunde a Patruo habet, patris testamento contravenientis factum filio non nocet.

Ac quotiescunque hæres ex propria persona venit & non ex persona ejus, cui hæres est, ipsum contra factum defuncti venire posse tradunt DD.

a Knipsch. de fideicom. Cap. II. n. 406. magno numer. alleg. quia consentiens & renuntiâns censetur renuntiare juri in suum favorem introducto, non autem juri ad hæredem ex propria persona spectanti, ac vulgò regula illa, quod hæres non potest venire contra factum defuncti, limitatur, ut locum quidem habeat quoad portionem, pro qua est hæres, non autem respectu alterius portionis, pro qua hæres non est & pro hac ipsum contravenire posse, asserunt

DD. ad L. 14. Cod. de R. V.

Neque etiam tenetur hæres approbare factum defuncti in iis, de quibus libere disponere non potuit, vel qua defunctus tenebatur omnino relinquere ipsi hæredi,

Menoch L. I. Conf. 104. n. 54.

quæ omnia eo magis procedere necesse est, cum Actoris avus Georgius Hermannus Reinhardus Anno 1690. consequenter ante patrem suum Fredericum e vivis discesserit & non probatum existat, modernum actorem vel ejusdem Tutricem hæreditatem abavi adiisse.

Idam Exceptionem, præscriptionis nimirum, quod attinet, eandem nec majoris momenti deprehendo; siquidem supra jam evictum, actoris Patrem Maximilianum Henricum jus succedendi proprium habuisse & noto notius, in fideicommissis successorem non habere jus a proxime defuncto, cui modo succedit, sed a primo institutore, a quo omnes successores ita vocati censentur, ut quilibet rerum dominium habeat ad mortem usque, eo mortuo alius ex proxima institutione succedat, non in jus ultimi possessoris, vel in ejus dominium, quod ipsius morte extinctum fuit, sed in dominium proprium & jus peculiare, quod successor ex voluntate primi institutoris habet.

L. 67. §. I. ff. de legat. II.

Atque ideo præscriptio præcedens contra defunctum possessorem successori non nocebit, qui ab illo nullam causam habet, quod etiam inde comprobatur.

Observat. DCCCCLXXXII.
 primus, non in fideicom
 ipso rem omnium d
 conuilla, non sunt succ
 possidem incommisli et
 des pñtor aut alienator
 amon non nocere, tra
 L. 14. de fideicom
 Cas res pñt facta Comitis
 leleis a patrem natu mi
 inden filium Ludovicum
 parum cum Friederico um
 in filio sui Tur
 nobili auctoris præscri
 Maximilian Henric
 lumere potuisse, qua
 1712. instanzum inter
 stup præscriptionis a die se
 tatum esse, statum via us
 vicia præscriptio procedere
 1) Pars rez accepto
 quam maxime observari, ad
 lum ex eo, sed etiam pro sub
 & causæ solvenda legitima
 ta, necessaria fuerit.
 Quamquam vero pars a
 actus magno rem alieno e
 modis inter nequaquam
 Condore ejusdem cond
 ratione debitorum a lura
 Knipsch. de fid
 & insuper a parte rea a
 diutius immorari, sup
 Vicum antequam
 hoc movendum restat,
 circa præscriptionem
 quæ III. ratione det Q
 hinc vero eandem impug
 des Berichts Post am
 Graveri Obje. de III

probatur, quod in fideicommissio cuilibet agnato & successori ad vitam ipsius rerum dominium datum esse censetur & tot intelliguntur esse fideicommissa, quot sunt successiones. Quare etiam prescriptionem contra possessorem fideicommissi ex triginta annorum spatio perfectam ipsi quidem possessori aut alienatori, qui ex prima institutione vocatus & agere nondum potuit, nocere, tradunt DD. a

Knipsch. de fideicom. Cap. 16. n. 96. alleg.

Cum vero post fata Comitum Mauricii Christiani Comitatus Wedano-Runkelensis ad fratrem natu minorem Joannem Ernestum & hoc mortuo ad ejusdem filium Ludovicum Fridericum pervenerit, hic vero regimen in patrum suum Fridericum resignaverit & hic etiam illud post octo mensium lapsum in filii sui Tutores transtulerit, necessario consequitur, intuitu modernæ actoris prescriptionem demum a tempore majorennitatis Comitum Maximiliani Henrici, quam demum Anno 1700. adeptus erat, initium sumere potuisse, quæ tamen per literas [40] & [41] & actionem Anno 1712. intentatam interrupta fuit. Et etiam, si concedere vellem, tempus prescriptionis a die secundæ cessionis Anno 1692. factæ computandum esse, attamen vix 20. Anni completi forent, in quibus per jura notoria præscriptio procedere non potuit.

3) Partis reæ exceptio in eo consistens, quod Comitatus Wedanus quam maxime obærat, adeoque venditio pagi Obertieffensbach non solum ex eo, sed etiam pro sustentatione possessoris ratione solvendæ dotis & causæ solvendæ legitimæ & ob alimenta filiabus vel sororibus solvenda, necessaria fuerit.

Quamquam vero pars actrix in [1] ipsa alleget, Comitatum Wedanum actis magno ære alieno esse oneratum, attamen a) inde necessitas alienandi inferri neutiquam potest, cum fideicommissa tantum ob debita a Conditore ejusdem contracta alienari possunt, aliter vero se res habet, ratione debitorum a successoribus contractorum

Knipsch. de fideicom. Cap. 11. n. 216.

& insuper a parte rea allegata necessitas vendendi probata non est, eidem diutius immorari, superfluum foret.

Vnicum antequam ad conclusionem hujus quæstionis pervenio, adhuc monendum restat, nimirum quod mihi objici forsitan posset, me circa prescriptionem contradictoria allegasse, cum supra Sect. II. quæst. III. ratione des Gerichts Seck, dictam prescriptionem admiserim, hic vero eandem impugnaverim. Sed salva res est, imprimis enim ratione des Gerichts Seck concurrebant varia, nimirum a) consensus partim

expressus, partim tacitus erigentium fideicommissum & eorum omnium, quorum intererat, b) iustissimus titulus tam ex parte primi, quam secundi emtoris, c) indeque resultans optima fides & denique d) tempus quam longissimum, intra quod nemo agnatorum contradicere nequidem cogitavit, cui in presentiarum adhuc addendum e) quod tempore alienationis des *Verichts* Sect nullus extiterit agnatus, cui facultas revocandi competierit ex supra deductis,

Zafius de feud. P. 9. N. 13.

Gylman. Symphor. Tom. I. P. II. Tit. 8. n. 62. pag. mih. 164.

Quæ omnia circa alienationem prædii *Overtieffenbach* aliter se habent, adeoque aliter sentire necesse est.

Concludo proinde, institutam actionem fideicommissi revocatoriæ per partis reæ exceptiones *elisan* non esse.

Sequitur nunc

QVÆSTIO III.

An actio revocatoria ex altero capite, nimirum qualitatis feudalis prædii 1649. alienati, sit probata?

Quam affirmative resolvendam esse puto, eo quod

1mo hocce prædium in omnibus literis investiturarum [114|30|31] nominatenus comprehensum & adhuc post alienationem, seu venditionem Comiti Joanni Ludovico Nassovico factam, utut de stirpe domini directi fuerit, a Curia Nassovica genti *Wedanæ* in feudum data sit.

2do hæc qualitas feudi, utut originalia literarum investituræ producta non sint, ulteriori probatione non indigeat, cum ex propriis literis emtoris [5] agnita, insuperque in exceptionibus [58] difflata non sit.

3tio constat, alienationem feudi absque consensu tam domini directi, qui illud ex capite felonix revocat, quam intuitu Vasallorum ob defectum facultatis alienandi esse nullam. Intuitu domini directi textus est expressus

2. feud. 9. pr. & §. donare 1.

2. feud. 38. §2. 55. ubi omnis alienatio feudi vasallis sub pœna annulationis contractus & privationis feudi interdicta.

Anton. disp. feud. 9. Thes. 4. §. 7.

Vultej. de feud. L. 2. cap. 10. n. 57.

Licebat olim quidem Vasallis integrum feudum sine consensu Domini alienare & libere de eo disponere,

2. feud.

2. feud. 4. princ.

potest ad meliorem usque a

2. feud. 11.

tantum parvissimo nihil fa

leg. nullus

lib. 2. Tert. 2. feud.

Quia Domini consensum non i

2. feud. 21. in fine.

honoris ambiciens instrum

hinc suo officio privatur &

Secul. de feud. P. 8.

bus sint Domini, tunc

in minus alienasve conde

nam amittitur & obligat

non parte valida est &

lib. 38.

in Syn. jur. feud. C. 1.

Feud. de feud. L. 1. C. 1.

de revocacione consensibus concess

ut vult Comes Joannes Ludovic

no de *dispositio* inq. Di

no *Episcopus* de *dispositio* in

de *dispositio* inq. re. quod

est *dispositio* inq.

Obicit quidem pars rea in actio

reventum Dominorum directo

trahitur de hic defectus par

pro parte feudi, quam com

consensum tacitum ideo hic ex

vid. nullius factum alienatione

lib. 30. investita vid. [30] &

re remissa esset.

Dictum fuit hætenus de o

rum pœna adhuc dicenda re

ta, atque invalida.

2. feud. 39. & 47.

Secul. Syn. jur. feud.

2. feud. 44. princ.

postea ad medietatem usque alienatio indulgebatur,

2. feud. 13.

tandem jure novissimo nihil sine consensu Domini alienare permissum sub lege amissionis.

sub cit. Text. 2. feud. 52. & 55.

Quia Domini consensum non implorando, eum contemnere videtur

2. feud. 24. in fine.

& notarius conficiens instrumentum de alienatione feudi sine consensu Domini suo officio privatur & poena amissionis manus ipsi infligitur,

Schrad. de feud. P. 8. Cap. 1. n. 4.

& si plures sint Domini, tunc omnium eorum consensus est necessarius & si forte unius alteriusve consensus in alienatione non intervenerit, pro rata feudum amittitur & obligatio pro omitta parte invalida, pro consentientium vero parte valida est & subsistit,

2. feud. 38.

Struv. Synt. jur. feud. C. 13. n. 8.

Vultej. de feud. L. 1. C. 1. n. 62.

Hanc necessitatem consensus caeterorumque Dominorum directorum agnovit emtor Comes Joannes Ludovicus in suis literis [5] ibi:

- „ wo die Lehnenschaft einige Difficultat verursachen sollte, wolle er sich
- „ die Eröffnung derselben im Vertrauen ausbitten, indeme solche sein
- „ Haus betrefsete, er auch bey denen andern Linien es auszumachen
- „ erböthig wäre.

Objecit quidem pars rea in actis passim, quod saltem consensus tacitus caeterorum Minorum directorum adfuerit, eo quod illi nunquam contradixerint & hic defectus parti actrici plus damni, scilicet amissionis pro parte feudi, quam commodi afferat, sed recte fuit responsio data, consensum tacitum ideo hic exulare debere, quia Gens Wedana etiam post nulliter factam alienationem a Curia feudali mit dem Dorf Obertiefenbach investita vid. [30] & [31] sicque felonía, si quæ commissa, tacite remissa esset.

Dictum fuit hactenus de consensu Domini. Nunc de consensu agnatorum pauca adhuc dicenda restant, quia hoc deficiente alienatio est illicita, atque invalida.

2. feud. 39. & 45.

Struv. Synt. jur. feud. Cap. 13. & 14.

Consensum omnium fratrum in alienationem des Dorfs Obertieffenbach adhibitum fuisse acta & imprimis | 18 | 61 | 62 | nos edocent, an vero hic agnatis ad successionem in feudo jus jam habentibus præjudicium afferre potuerit? alia est quæstio, quam omnino speciatim in casu præsentis, ubi actoris avus Georg. Hermann. Reinhard. jam natus erat & octavum attingerat annum, proinde jus ipsi ad feudum competeat, negative decidendam esse existimo.

Tum ex eo, quod is habuerit jus ex prima investitura quæsitum, ad feudum proprio jure veniendi, quod ipsum jus sicut non ex personis consentientium in alienationem pagi Obertieffenbach, sed ex pacto primi acquirentis & sanguinis ratione acquisivisse censetur

Gail L. 2. Obs. 154. n. 2.

Carpz. disp. feud. 2. tit. 11. seqq.

ita etiam ipso infcio, vel non consentiente illud jus nullo modo per cujuscunque Vasalli factum vel in totum auferri vel diminui valuit.

DD. ad Cap. 1. de alienat. feud. paterni.

Tum porro, quod quilibet Vasallus non nisi revocabile dominium habeat, quod ad vitam ipsius duntaxat durare, ipsoque moriente instar fructuarii, cum quo etiam comparari solet, simul expirare intelligatur, ut de hinc illa omnia, quæ quisquam possessor de eodem disponit, ipsius jure per mortem extincto, simul extingui & cessare necesse sit.

Hartm. Pift. P. 2. Q. 6. n. 3. cum seq. & Q. 13. n. 10.

Tum denique ex eo, quod in specie etiam patri in præjudicium suorum filiorum facultas de feudo etiam mortis causa disponendi in Cap. 1. verb. nulla ordinatione patris in feudo manente vel valente 1. feud. 8. nominatim & specificè adempta legatur, cui consequens, quod nec per viam conventionis, seu negotii inter vivos hoc facere valeat & quod argumentum ab ultima voluntate ad dispositionem inter vivos in jure sit validum,

Vultej. de feud. L. 1. Cap. 11. N. 99.

Schrader de feud. P. 8. Cap. 7. n. 12.

Ex quo istam sententiam, quod totalis vel partialis alienatio feudi antiqui largissime quantumvis consensum suum impertientibus omnibus agnatis facta etiam filiis haud quaquam præjudicet, neque ipsi eandem agnoscere teneantur, tenent

Rosenthal de feud. Cap. 9. Concl. 71. n. 1. seq.

Schrader de feud. Part. VIII. Cap. 7. n. 11.

Esbach ad Carpz. P. 2. const. 48. def. 9. & seq.

Carolus a Kirchberg in Tract. de feud. ex pacto & prov. Cap. 5. n. 60.
& seq.

QVÆSTIO IV.

An hæc actio feudi revocatoria per exceptiones partis
reæ elisa sit?

Circa enodationem hujus quæstionis monendum duco, exceptiones contra feudi revocationem triplicis esse generis & radicari a) in venditione feudi facta a Vasallo Domino directo, quæ alienatio privilegiata & in jure subsistens, diciturque refutatio,

b) in consensu unanimi fratrum Vasallorum, alienationem feudi subscribentium,

c) in præscriptione temporis longissimi.

Respondeo vero ad illas & quidem ad

a) nullibi reperiri, hanc exceptionem a regula, quæ prohibet quamcunque feudi alienationem absque consensu Domini directi, in jure tam fundatam esse, si illa fiat existentibus, pluribus Dominis directis in favorem unius, reliquis irrequisitis, nec consentientibus, idque in præsentiarum eo minus, quod emtor Comes Joannes Ludovicus [5] ipsemet necessitatem, *es mit denen übrigen Lehenherren richtig zu machen*, semper agnovit, iste vero consensus non tantum non impetratus fuerit, sed & contrarius animus durch die Beybehaltung des alienirten Guts Ober-tieffenbach in literis investiturarum declaratus sit.

ad b) consensum avunculorum & proprii Patris Friderici non præjudicasse filio & respectivo nepoti Georgio Hermanno, jus actuale tum habenti & ejus descenditibus, nostro actori Joanni Ludovico.

Ad c) tempus præscriptionis in materia feudali male computari a die possessionis, utut titulata, ac b. f. inchoata contra agnatos extincta familia, quæ alienaverat, vel alia, quæ huic successerat, jure proprio venientes, sed in casu nostro demum computari posse a die mortis Comitis Ludovici Friderici. Et enim Mauritio Christiano Frater ejus Joannes Ernestus & huic filius suus Ludovicus Fridericus successit, quo demum Anno 1709, fatis functo, jus successionis actori vel ejus matri Tutrici apertum fuit.

Cum agnatis non antea currat 30. annorum præscriptio a jure revocandi feudum a Vasallo alienatum jure successionis excludens, quam

a morte alienatoris, via succedendi ipsis aperta, quia antea agere nequeunt.

Hartm. Pift. Lib. 2. Q. 9. n. 31.

Nec contra agnatum proximiorum defunctum adimpleta præscriptio reliquis remotioribus obstat, quo minus illa postea ex proprio illorum jure feudum revocare valeant, quia quamdiu proximus agnatus superstes fuit, sequens in gradu jus agendi & revocandi non habuit, via successione ipsi adhuc præclusa.

Carpz. P. 2. Const. 50. def. 6.

Struv. Synt. 1. feud. Cap. 13. Thef. 18. n. 4.

& incipit hæc præscriptio 30. annorum in jure revocandi, quod fit jure delatæ successione a morte alienantis, quando defuncto alienatore vel ejus hærede succedendi ordo agnatum revocaturum tangit, cum hic ante jure suo uti vel in judicium deducere nequeat, regulariter autem contra eam, cui juris aliquod impedimentum obstat, quo minus agat, præscriptio haud currere valet

L. 1. Cod. de annal. except.

Carpz. P. 2. Const. 48. Def. 13.

Hart. Pift. Lib. 2. P. 1. Q. 8. n. 40. & 60.

Licet enim absolute a tempore cessionis Comitatus Anno 1691. factæ tam Fridericus, Abavus actoris, quam post ulteriorem cessionem de Anno 1692. actoris parentes, Tutores vel ipsemet Parens Maximilianus Henricus Anno 1700. adepta majorenitate actionem feudi revocatoriam instituere potuissent, necesse tamen id non erat, cum ob timendas exceptiones, quæ Cessionariis ex persona cedentis, qua heredis, opponi potuissent, nequidem consultum, sed expectari potuit tutissime apertura proprii juris, quæ per mortem Ludovici Friderici absque masculis contingeret, de cætero ea, quæ in quæstione præcedenti circa exceptionem præscriptionis allegata sunt, hic repetere, satis erit, concludendo simul, actionem feudi revocatoriam per exceptiones obmotas neutiquam elisam esse.

MEMBRUM QUARTUM

Quid ratione primi & secundi litis objecti pronuntiandum?

Quandoquidem ex præmissis appareat, a) actionem revocatoriam wegen des Gerichts Seck, a parte actrice quidem probatam, sed a parte rea elisam, b) ratione des alienirten Dorfs Obertiefenbach, actionem revocato-

vocationem primæ et fideicommissariorum probatam, neque enim litis objecti absolutæ præscriptio & litis capite præscriptio admittitur ad hoc videtur casione feudum revocatum exigere per scripturam lapsisse valeat

MEMBRUM

Quid statendum de fructibus

hinc hujus membri in i. in omni actione reali videtur nullum feudi præscriptio præscriptio hæc.

Membrum autem ipsi respectu in relationem veniunt, videlicet, L. 17. Cod. de rei vindicatio.

L. 1. Cod. de actionibus, nec L. 1. p. II. de R. V.

Servi, opera L. 1. Cod. L. 17. §. Laurentsch ad II. de Colleg. jur. arguuntur

Id tamen non aliter procedit nisi ab actore specialiter Brunnen. Process. Martini Process. & in analitico fore

Sementia et c) In casu vero nostro si statum in mentio, sed sal

vocatoriam partim ex fideicommissio & feudi revocatoriam ex literis investiturarum probatam, neutram vero a parte rea elisam esse, hinc ratione primi litis objecti absolutorie & ratione secundi condemnatorie ex eo præcipue & solo capite pronuntiandum erit, quod licet actio fideicommissaria dubia adhuc videri possit, nihilominus actio simul super revocatione feudi intentata exigente justitia locum inveniat, nullusque desper scrupulus superesse valeat.

MEMBRVM QVINTVM

Quid statuendum de fructibus perceptis ex prædio Oberties senbach.

Intuitu hujus membri in primo largior limine,

a) in omni actione reali vindicatoria seu revocatoria fructus ex fideicommissio vel feudo perceptos, qua accessorium omnino peti posse & adjudicari debere.

Nonsolum enim ipsa respecti potest, sed etiam omnis ejus causa & utilitas in restitutionem venit, item omnes fructus quarumcunque rerum, veluti feudi,

L. 17. Cod. de rei vind.

ædium,

L. 5. Cod. tit.

tabernæ, aræ

L. 62. p. ff. de R. V.

Servi, operæ

L. 1. Cod. L. 17. §. 1. ff. dict. tit.

Lauterbach ad ff. de R. V. §. XVII.

Colleg. jur. argenteratense Tit. de R. V. n. 43.

Id tamen non aliter procedit,

b) nisi ab actore speciali conclusione libelli petantur,

Brunnem. Process. civ. Cap. 27. n. 23. seqq.

Martini Process. tit. 34. §. un. n. 92. & seqq.

& in analectis forens. ad hunc locum.

Sententia enim conformis esse debet libello,
per vulgata.

c) In casu vero nostro fructus petiti non sunt, nec in primo libello fructuum fit mentio, sed saltem petitur, die Alienationes ju cassiren, nec in replicis

repticis eo circa aliquid allegatum, cum tantum ad deoccupationem prædiorum quæst. concludatur, sed saltem priora repetuntur. Ponamus autem casum,

d) negligentiam advocati nocere non posse primæ actrici, qua Viduæ & Tutrici pupilli, moderni actoris.

per tit. Cod. ut quæ defunt advocat. suppleat jud. & retro alleg. &

idque eo magis, quod in fine triplicarum |108| clausula salutaris annexa fol. 14. in verb. *Dieselbe geruhen retro gebettenermassen, oder wie sonst am dienlichsten gebetten werden möge, die Urtheil gnädigst fürderlichst ergehen zu lassen.* Attamen

e) differentia bonæ inter, ac malæ fidei possessorem intercedens quam maxime attendenda erit. Fructus enim non ab omnibus indistincte vindicantur & refert, an Possessor vel bonæ, vel malæ fidei sit.

L. 12. Cod. R. V.

Bonæ fidei possessor extantes fructus tantum restituit, quod non est de stantibus seu pendentibus intelligendum, hi enim sunt pars fundi & cum fundo ipso restituuntur, sed de fructibus perceptis, nondum autem consumptis. Neglectorum autem nomine non tenetur, ut & consumptorum, tam naturalium, quam industrialium & sic post litem contestatam etiam universos fructus restituere tenetur, quia tunc mala fide possidere incipit.

Malæ fidei possessor vero fructus omnes indistincte, sive sint pendentes, sive percepti, nondum consumpti, vel neglecti, vel percepti & consumpti, petitori restituit.

Coll. jur. argenteratense Tit. de R. V. V. 44.

ibique alleg. leg.

Hæc si f) applicentur ad casum præsentem, perceptu haud difficile erit, quid ratione fructuum statuendum veniat. Primo enim certum, quod emtor Comes Joannes Ludovicus Nassò. intuitu actionis revocatoria ex fideicommissò juxta præstabilita pro bono f. possessore respectu fratrum Anno 1613. paciscentium & eo, quod illi abstrahendo a fideicommissò consensum suum præbuerunt, in tantum habendus, ut iste & ejusdem successores usque ad tempus Comitis Maximiliani Henrici, cui post cessionem Avi Friederici jus revocandi apertum, omnes omnino fructus habuerit.

2do quod etiam eadem intuitu actionis feudi revocatoria procedere debeant, etiam si respectu qualitatis feudalis prædii *Obertieffenbach* juxta retro

retro familia debetis quidem
petio holum et feudo.
terum non Ludovicus
Vigil eorum percepti ad ali
bere hanc peneri, conseq
quo illi fructus strict
Quæ oratio, quod
ratio habet debet, sicut
tenetur revocatori, et
tenet officium judicis sum

MEMO

in un parti reze nunc
tes hinc IV. de V. una
vante fratru Obertieff
et pium Salsburg, &
fructus primo confus. h
pura est, ex ea obsequi
ri minus locum pulari
Secundo quoniam omni
si omnium fratrum Comite
hereditas, qui prædium ve
ta indematris. Sed a qu
Tercio, questio latis
positum est.

Quarto, quia omnes
1670. consentientes ex f
nitionem prætare ver
Christianus evictioem
ni [18] expresse prom
quin extendendus, cu
do d) pro consensu pec
Mejnisch Erben, frat

Quinto notorie d
poseri, sed tantum ha

retro stabilita defectus quidam ratione b. f. se exserat, nihilominus tamen petitio fructuum ex feudo perceptorum ex parte partis agentis ante insecutam mortem Ludovici Friderici, quæ contigit Anno 1609. (cum reliqui eousque percepti ad alios in omnem casum pertinauerunt) locum habere haud potuerit, consequenter

3tio dicti fructus strictissime tantum a parte actrice petendi fuissent.

Quare concludo, quod si fructuum perceptorum officio iudicis nobili ratio haberi debeat, iidem actori Comiti haud secus, quam a tempore denunciatae revocationis, aut potius a tempore litis coepta (cum tunc demum officium iudicis suum sortiri potuit effectum) adjudicari possint.

MEMBRUM SEXTUM

An non parti reæ ratione des an Klägern juxta conclusionem præcedentis Membri IV. & V. una cum fructibus a die coepta litis perceptis abzutrettenden Prædii Obertieffenbach, wegen Grafen Johann Ludwig dar auf gewandren Rauffschilling, & contra quem regressus reservari debeat?

Equidem primo constat, hunc regressum a parte rea nullibi in actis petitum esse, ex ea absque dubio ratione, quod se contra petitiones actoris omnino securam judicaverit, econtra vero

Secundo æquitati omnino conveniens, ut ratione pretii cum consensu omnium fratrum Comitum Wedanorum exsoluti, emtori, ejusque hæredibus, qui prædium retro cedere, ac deoccupare jubentur, præstetur indemnificatio. Sed a quibus hoc fieri debeat, est

Tertio, quæstio satis intricata. Extra omnem enim dubitationem positum est.

Quarto, quia omnes fratres in venditionem Anno 1649. & respective 1650. consentientes ex facto suo, seu consensu teneantur, hancce indemnificationem præstare venditori, si viverent, quia a) venditor Mauritius Christianus evictionem seu præstationem indemnificatis in tabulis venditionis [18] expresse promisit, quo b) consensus reliquorum fratrum eo æquior extendendus, cum alias c) cum emtore dolose egissent, acceptando d) pro consensu pecuniam & e) exsolvendo debitum paternum an die Maßenische Erben, fratribus vero

Quinto notorie demortuis, tenentur ad dictam evictionem eorum posterius, sed tantum hæredes in allodialibus. Per consequens

Sexto actōri hoc onus nullo modo imponi poterit, nisi ex cessione Ludovici Friderici ab avo Friderico facta Anno 1691. vel ex ulteriori cessione abavi Friderici de Anno 1692. unius alteriusve fratris consentientis Hermanni, aut Wilhelmi Ludovici hereditate allodiali. Quandoquidem hoc vero certe non constet, concludo

Septimo, regressum parti reæ generaliter reservandum esse in bonis allodialibus deren fünf Gebrüdern, welche in den Verkauf des quast. Lehnguths Obertieffenbach respective Anno 1649. & 1650. ihren Consens ertheilet haben.

MEMBRVM SEPTIMVM.

Quænam actio instituta ratione tertii litis nostræ objecti, nemlich wegen der zurückfordernden intuitu avulsorum des Gerichts Seck und des Dorfs Obertieffenbach bezahlter onerum imperii, an illa per actorem probata, aut per partem ream elisa?

SECTIO PRIMA

Quænam Actio instituta?

QVÆSTIO I.

Quænam sit instituta wegen des Gerichts Seck?

a) Ex narratis & rubro libelli apparet, institutam fuisse ratione onerum ab utriusque avulso præstitorum, conditionem indebiti, utpote quod sustineat pars ætrix, onera publica ab antecessoribus suis soluta indebite, cum avulsa non possederint, soluta fuisse & hinc partem ream ad indebite solutorum restitutionem compelli posse, vid. conclusio libelli [1]

alle durch die Wiedrunkelische Unterthanen davon entrichtet und getragen onera imper. & publica, so sich etlichmahl höher, als das Kaufgeld, betragen, zurück gefordert werden.

b) Ast hanc actionem sive conditionem indebiti hic locum non habere vel exinde constat, cum indebiti solutio

juxta §. 6. Inst. de oblig. quæ ex quasi contract. nascuntur. nihil aliud sit, quam quasi contractus, quo is, qui indebitum per errorem solutum accepit, ad ejus restitutionem obligatur & ad hanc indebiti conditionem requiratur

1^{mo} solutio, vel ut aliquid datum sit,

2^{do} ut aliquid datum sit tanquam debitum sive causa præterita & necessaria,

3^{io} ut causa illa, ex qua solutio facta, sit falsa & solutum indebitum,

4^{to} ut indebitum solutum sit per errorem, vel ignorantiam, eaque ignorantia sit in solvente, non in accipiente.

Nec unicum quidem horum requisitorum in causa præsentis adest & præsertim hic notandum, quod juxta supra allegatum §. 6. inst. de oblig. quæ ex quasi contr. nasc. actio seu condictio indebiti non competat, nisi contra illum, cui solutio indebite facta est. Atqui in casu nostro nulla solutio facta est a prædecessoribus partis actricis parti reæ, ejusque antecessoribus, sed Fisco Imp. vi matriculæ vel Circulo; Ergo deficit condictio.

c) Cum tamen parti actrici, si probare possit, ratione avulsorum se onera imperii exsoluisse, ad quæ nullo tenebatur jure, sed quæ avulsi possessor solvere debuisset, competere debeat quædam actio ad hoc, ut sibi a Possessore, qui onera solvere tenebatur, præstetur indemnitas.

Per regulam, in æquitate naturali fundatam: nequis locupletior fiat cum injuria seu damno alterius. Hinc

d) Vi clausulæ salutaris libello [1] adjectæ & in actis passim expressa videndum, qua actione parti actrici succurri possit? Et sic videri posset, quod in casu, quo quis pro alio solvit, quod hic solvere debuisset, ex duplici actione solventibus prodita eligi una possit. Quoad regressum autem contra Debitorem distinguendum est, 1) an quis solverit pro sciente & volente, sive mandante vel præsentem & patientem, tunc ipsi contra debitorem datur actio mandati ad solutum id repetendum. 2) An pro ignorante vel absente, nec mandante, tunc datur actio negotiorum gestorum.

Lauterbach. Coll. Theor. pract. tit. de solut. & liberat. §. 7.

e) Sed & neutra harum actionum ad casum nostrum stricte applicari potest.

Non prima, quia ea supponit, solutionem factam esse pro sciente & volente, vel præsentem & patientem.

Non secunda, quia ut hæc obtineat, si solutio facta sit pro tertio ignorante vel absente, nec mandante, illa tamen supponit, negotium tertii revera gestum esse a tertio per solutionem debiti extranei, de quo hic non constat, nimirum an Domus Wedana solutionem fecerit harum præstationum qua debiti extranei.

f) Igitur rectius dicendum, competere ratione harum indebite solutarum præstationum & institutam censeri actionem in factum generalem, quæ tunc semper locum habet, si alter locupletior factus est per injuriam cum damno alterius;

Boëmer de act. Sect. 2. Cap. 5. §. 7.

utut stricto jure actio contra illum deficiat. Nam quotiescunque deficit nominata actio & æquum tamen est, ut aliqua detur, toties in factum velut jure subsidiario agitur,

L. quoties ff. de præscript. Verbis:

L. Sanamus Cod. de S. S. Eccl.

& non sustinemus, inquit Imperator in

Nov. 143. Cap. 1.

aliorum onus ad alios deferri.

Ad idem propositum textus est in L. 21. ff. de Negot. gest. ubi: cum a Lusitanis tres capti essent & unus ea conditione missus, ut pecuniam pro tribus adferret & nisi rediisset, ut duo pro eo quoque pecuniam darent, isque reverti noluisse & ob hanc causam illi pro tertio quoque pecuniam solvissent, servius respondit, æquum esse, prætorem in eum reddere judicium. Quod judicium Anton Faber in conjecturalibus recte de actione subsidiaria explicat. Nihil enim inter hos tres captos erat conventum, nec eorum negotium proprie gestum dici potest, interim tamen ob æquitatem, quia tres erant obligati, naturaliter datur hoc judicium.

Quod in casu præsentis eo magis obtinere debet, cum non negandum, quod Comites de Nassau, qui Collectas prædiis emtis inhærentes solvere debuissent, in effectu locupletiores facti, eo, quod Domus Wedana dictas Collectas vel onera imperii pro illis solverit.

QVÆSTIO II.

An hæc actio in factum sit probata, aut fundata per Actorem?

Prima facie hæc quæstionem affirmandam esse videri posset, quia

a) non dissidendum, quod prædia *Seck und Stöcken, oder das Gericht Seck* immediatum pertinens immediati Comitatus *Wedano-Runkelensis* fuerit.

b) Bona Imp. immediata oneri constituendo subjecta.

c) Comites *Wedani* in genere antequam *das Gericht Seck* Comiti *Leinin-*

Observat. DCCCCLXXII
Leiningeri & ab hoc Com
quum maritimus e terra
Comites Wetani qui
solvere illi ratione det
de Nassau & indebitæ p
et Nassau, quod, qua
rem tradunt, hic & no
neant.
Arg. l. N. de A
Hoc tamen non ob
quia hæc supposit, cum
teris locupletiores fact
ille & non is, qui solvit
prestationem debuit, cum
quum sub quæta mar
maritima intertum & ab
Domus Genitilice onera p
hæc subcepta fuerit.
Maritimum non
Imperii tantum ex
gulis statibus alleg
Quantum ab unoquoque p
regitæ est. De altera vero
Wolk de contrite
fere centum est, marit
Northemba 1491. comite
Goldau. de Neg
hanc deinde alius magis
Burgolien. ad
in omnibus post annum
novæ confectæ fuerint
non cessatum esse, testis
1577. 1591. Mentione
Spenger in suo
Quare in tanta maritico
debet & Imperii mar
hiberi, si contractum
R. l. de Anno

Leiningensi & ab hoc Comiti de Nassau venditum, ad solutionem certi quanti matricularis e terris suis obligati.

d) Comites Wedani quantum hocce matriculare semper habuere & solverunt illud ratione des Gerichts Sect singulis annis pro Comitibus de Nassau & sic indebite pro tertiis.

e) Notum, quod, quam primum bona immediata ad alium possessorem transeunt, hic & non anterior possessor onera Imperii præstare teneatur.

Arg. R. N. de Anno 1654. §. 16.

Hoc tamen non obstante, actionem haud probatam esse existimo, quia hæc supponit, eum, contra quem instituitur, revera eum damno alterius locupletiore factum, sive revera pro illo solutum quid esse, quod ille & non is, qui solvit, solvere debuisset, quod requisitum autem in præsentiarum deest, cum nullibi probatum, quod prædium quæst. Sect unquam sub quota matriculari Domus Wedanæ comprehensum, aut matriculæ insertum & in notorietate consistat, quod ante hac possessor Domus Gentilitiæ onera præstare debuerit vel ab eodem eorundem præstatio suscepta fuerit.

Matricularum duo genera existere constat, unam, quæ status Imperii tantum exprimit, alteram, quæ quotam collectandi singulis statibus assignat & pro indice quasi inserviat.

Quantum ab unoquoque præstandum sit de priori specie, hic nobis nihil negotii est. De altera vero missis iis, quæ ex antiquitate adducit

Klock de contrib. C. 19. n. 33.

fere certum est, matriculam antiquissimam a Sigismundo Imperatore Norimbergæ 1431. confectam,

Goldast de Reg. Bohemico L. 2. Cap. 17. n. 2.

hanc deinde alias magno numero secutas, adeo ut scil.

Burgoldenf. ad Instr. Pac. P. 3. Disc. 7. membr. 2. in princ.

in omnibus post annum 1431. habitis Comitibus usque ad annum 1521. novæ confectæ fuerint matriculæ, post hunc annum vero in mutatione non cessatum esse, testantur matriculæ de annis 1545. 1557. 1561. 1571. 1577. 1593. Mentionem facit

Sprenger in fonibus jur. publ. C. 14.

Quare in tanta matricularum varietate quæstio suborta, cui fides tribui debeat & Imperii matriculæ in foro contradictorio non plenam fidem adhiberi, si contrarium probari possit, videre est ex

R. I. de Anno 1548. §. und selle auffer 54.

M m m m 3

&

& Limnæus de jur. publ. L. 1. C. 7. n. 77.

Matriculas, quas viderit, si non depravatas, imperfectas omnes deprædicat.

Add. Gylm. Symphor. Tom. 1. P. 2. pag. 237. n. 72. & 73.

Ne tamen hic in incerto quis maneat, distinguendum est, utrum ex matricula constet, quinam inter status Imperii numerentur & quantum quilibet status Imperio proportionabiliter contribuat? Quoad probationem prioris optima creditur matricula de anno 1521. nam eam ipsam in rem commendata & præ aliis observari iusta legitur in

R. I. de Anno 1576. §. 99.

R. I. de Anno 1594. §. 120.

Sprenger in font. jur. publ. Cap. 14.

Quoad alteram vero, nempe in materia collectarum imperii, hanc matriculam, Wornatiæ Anno 1521. erectam, adeo magnam fidem haud mereri docet

Sprenger cit. loc.

Siquidem si Auctori der Stadt Cöllnischen Deduction in Fabri Staats Tantzley Tom. 29. pag. 63. credere fas sit, dicta matricula ad tempus tantum erecta. Inquit autor ille:

Es bezeugten die Reichs Acta, daß im Jahr 1521. die Reichs Matricul nur ad tempus, und gar nicht zu einem beständigen Fuß, vermittelst sonst nöthig gewesenenen Untersuchung jeden Hoch, und Löbl. Standes habenden Unterthanen, Büthern und Gefällen, aufgerichtet, von denen Reichs Städten aber als ohne ihr Zuthun verfaßet, und hernach erst zur Annnehmung vorgebracht, sogleich dagegen solenniter protestiret, und ihrer Seits als allzu disproportioniret, niemahls approbiret, noch recipiret worden, gestalten

Limnæus Tit. 1. addit. ad L. 1. Cap. 7. n. 82. &

Klock de contrib. Cap. 19. n. 66.

notabiliter angeführet, mutationem illam matriculæ, oder des Reichs Anschlags insciis & absentibus civitatum Deputatis factam esse, civitatesque novam hanc matriculam ex intervallo sibi oblatam nec recipisse, nec approbasse, quin potius eidem contradixisse & protestando jus suum factum tectumque conservasse, hanc autem protestationem pro stylo Imperii nequitquam rejectam, sed in Archivo civitatum Imp. quod tum erat Spira, originaliter asservari,

Teste Goldast. in Ded. von Freyheiten der Stadt, Burg, und Hochgerichts, Stuhl zu Magdeburg Tit. 8.

Das

Dobere dem sold in
1521. hiebei wichtig geth
da p. unthun und un
ge. Reichsman pulm ver
wi. wie von Stadt &
des, Eilten, Haber ur
Schwartz schickte werde
Præsentia matric
reventorum amogata vid
hops in oblatio esse ne
mutationem matricule p
hilio recentiores matri
vices, libere erunt,
ultra impeti descripta
longa hodie observant

Limnæus L. 1.

Quoad hanc rem appo

truder. quod Anno 1648

partio Nomburgensis ta

in un perpetua lega com

Sprenger in hanc

Tantum aucto abeli, ut a

absoluta diet quæ, ut po

raa Imperii nostri & huc

W. C. L. Art. V.

in quo tenuis punctus rev

deliberationi detinetur,

ea hanc contigit feliciter

potius res et alia com

Eitel Frederic.

C. 8. n. 2.

Hinc digressioni quæd

Imp. circa earundem

vagari videat, me ac

Limnæus de

Schweder intr

Burgold ad L.

Sprenger in h

Dahero dann bald in allen Reichs Abschieden vom Jahr 1524. bis 1654. solcher beständig geklagter Ungleichheit Meldung geschiehet, und die so unrichtig und ungleiche Matriculæ, Verbesserung und höchstnöthige Rectification passim versprochen wird, mit dem Anhang, daß hierinnfalls auf eines jeden Stands Gelegenheit und Vermögen an Herrschaften, Flecken, Güldten, Güther und Unterthanen, sodenn sein habende sonder Beschwerung reflectiret werden solle &c. *Hæc ille.*

Præterea illa matricula æque, ac aliæ antiquiores, per confectionem recentiorum abrogata videtur, ideoque vel nihil aut parum probare. Ratio hujus in obscuro esse nequit, quia augmentum vel diminutio bonorum mutationem matriculæ potest se trahere necesse fuit, a qua mutatione sine dubio recentiores matriculæ, utpote temporis hodierno magis magisque vicinæ, liberæ erunt, cum e contrario nec membra in vetustioribus catastris Imperii descripta sunt eadem, nec indictiones statibus ibidem adscriptæ hodie observantur.

Limnæus L. 1. de jur. publ. c. 7. n. 72.

Quoad hanc rem itaque imprimis attendendum erit hodie exemplar matriculæ, quod Anno 1648. Monasterii publice dictatum fuit & ultima repartitio Norimbergensis facta Anno 1652. licet hæc posterior non adeo in vim perpetuæ legis conscripta fuerit,

Sprenger in font. jur. publ. d. c. 14.

Tantum autem abest, ut nulla ex prædictis matriculis omnibus numeris absoluta dici queat, ut potius emendatio perfecta matriculæ inter desiderata Imperii nostri & fuerit jam longo ab hinc tempore & adhuc sit.

I. P. C. I. Art. VIII. §. 3.

in quo textu punctus revocandæ & rectificandæ matriculæ futuræ statuum deliberationi destinatur, attamen postea Anno 1654. in habitis Comitibus ea haud contigit felicitas, ut inibi materia hæc expediri potuerit, quia potius res ad alia comitia differenda fuit.

Eitel Frideric. von Herden in der Grundfesse des H. R. R. P. 3. C. 8. n. 2. pag. 313.

Huic digressioni quædam de contributionibus & de obligatione statuum Imp. circa earundem obligationem annexi quidem possent, sed ne extravagari videar, me ad Publicistas,

Limnæum de Jure publ. item ad Capit. Car. V.

Schweder introduct. in Jus publ.

Burgold ad J. P. art. 8. §. gaudeant.

Sprenger in font. Jur. publ.

Conring ad Lampad. & alios.

Item Klock de contrib.

refero, firmiter concludens, quod cum non constet, prædium *Seck* sub quanto matriculari Domus *Wedanae* unquam comprehensum, dici nequeat, per solutionem quanti primævi matricularis Comites de *Wied* solvisse aliquid pro Comitibus de *Nassau* ratione venditi prædii *Seck* & Comites de *Nassau* per hancce solutionem tertio factam cum injuria hujus esse factos locupletiores.

QVÆSTIO III.

An hæc actio per exceptiones partis reæ non sit elisa?

Ex resolutione prioris quæstionis sequitur, resolutionem hujus esse superfluum; cui tamen addere duco, etiam hic obstare saltem quoad solutionem, exceptionem præscriptionis bona fide inchoatæ, quia oneris collectarum nullibi facta mentio, quin potius prædium *Seck*, utpote liberum venditum fuit. Quamvis vero hæc præscriptio quoad jus collectandi Imperio Romano Germanico competens in prædio hactenus libero locum habere neutiquam potest,

Gail. 1. Obs. 21. N. 16. ubi:

de jure communi in rebus concernentibus statum imperii, vel superioritatem, ut vocant, aut tributorum exactionem non currit præscriptio cujuscunque temporis, quidquid

Ericus Mauritius supr. Cam. Imp. Judicii. Assess. in disp. de Matr. Imp. §. 47.

Zachar. Victor. de exempt. Conc. 17.

& alii in contrarium asserere contendant,

Attamen in illis casibus, quando quis immunitatem non immediate contra ipsum imperium, sed tantum modo contra aliquem imperii statum acquirit vel præscribit, aliter se res habet, ita ut ille, qui hanc immunitatem præscribi patitur & præcedente 30. annorum præscriptione pro rata præscribentis collectas ab imperio indictas & a reliquis suis subditis per subcollectionem exactas, solvit, etiam impofterum has collectas imperio totas & integras, adeoque etiam illam præscribentis portionemolvere tenetur. Cum enim Imperio in ejusmodi casu nihil decedat, sed ille, qui hanc libertatem allegat, hoc saltem prætendat, ut collectæ a cæteris provinciæ statibus vel incolis, qui ipsum tamdiu sua immunitate gaudere

gaudere passi sunt, absque suo concursu imperio exsolvantur, ea propter huic ipsi præscriptioni nihil prorsus obstare vel obesse videtur.

Modest. Pist. Vol. 1. Conf. 4. n. 31.

Et quamvis contra procurationem legatorum, seu nunciorum Papæ & Diocæsis non currat præscriptio.

Cap. cum ex officii X. de præscript.

Cap. cum venerabili X. de Censibus.

si tamen Clerus alicujus Diocæseos solus ultra hominum memoriam ejusmodi onera & procurationem sustinuerit & e contra monasteria illius Diocæsis nil quidquam contulerint, tunc omnino monasteria non quidem adversus Legatos Papæ, vel adversus Episcopum, sed tamen contra Clerum, qui solus illa onera tamdiu sustinuit, præscriptionem objicere & vi ejusdem petere possunt, ut Clerus non minus, quam hactenus fecit, etiam imposterum pro monasteriis ista onera agnoscat, eo quod per talem præscriptionem nec visitatio, nec commoditas, Legationum impediatur.

Felinus in Cap. accedentes X. de præscript. n. 10.

Sic quoque in casu de Comite quodam, qui hanc a Collectis Imperii libertatem adversus Episcopum & status in illo Episcopatu, modo dictas Collectas per quadraginta annos pro rata illius exsolvere solitos, prætendebat, sic proposito respondit.

Modest. Pist. Cit. sup. Conf. 37. in verbis:

Wann es aber gleich ohne das und solche Verjährung wider das Reich nicht möchte eingeführet werden, so stehet es doch dahin, vornehmlich auf dem, daß mein gnädiger Graf N. N. dieser Stelle halber nicht mit dem Reich, sondern mit dem Bischoff zu thun hat, und wann gleich seine Gnaden wider des Reichs Gerechtigkeit nicht sollten præscribiren können, so wölte doch daraus nicht folgen, daß seine Gnaden auch darum nicht wider den Bischoff und die Stiftsstände præscribiren können, da Dieselbe die Reichsantlagen, wie es von Alters herkommen, allein tragen, und darmit seine Gnaden verschonen müssen.

Idem etiam super ejusmodi facto, nec non tum de provincialibus tum circularibus tum & non minus Imper. quoque collectis respondit

Mynsing. Decad. 15. Responf. 1. n. 83.

Idem porro in casu, quo subditi Palatini in dictione Fuggeriana prædia possidentes hanc a dictis collectis immunitatem præscripsisse se dicebant, contra Comitem decidit

Casp. Manz in Cent. Decif. Palat. Qu. 49. n. 12. ubi sic dicit:

Nihil obstat, juri collectandi contra aliquem Comitem præscribi, quia per hoc imperio nihil decedit, sed id tantum quæritur, utrum Comes ipse sine collectatione unius alteriusve exempti collectas Imperatori præstet.

Quod ex R. I. de Anno 1548. §. und falls durch die Creysverordnete auch fürgebracht 2c. ibi: daß gleichwohl etliche Stände ausgezogen, aber durch die ausziehende werden die Reichsanschläge derer ausgezogenen erlegt und entrichtet, dieweil dann derwegen kein Streit noch Irrung ist, auch dem H. Reich deshalb an seinen Anlagen und Gerechtigkeiten nichts abgehet, so lassen Wir und Stände solches alles bleiben und beruhen 2c. adhuc magis comprobatur.

Quamvis enim hic textus non de tali casu, quo quis a Collectis Imperio debitis per præscriptionem ita liberatur, ut ipse easdem nec Imperatori, nec alii statui porro exsolvat, sed de alio articulo, nimirum de illa exemptionis specie loquatur, qua quis ex matricula immediatorum Imperii statuum eximitur & ex immediato mediatus efficitur, qua in specie exemptus nullam ipse libertatem ab imperialibus collectis acquirit, sed quas ille antea Imperio immediate præstare solebat, eas ipse nunc alteri statui exempto & hic post modum Imperio pro illo exsolvit,

Victor de exempt. Concl. 17.

quia tamen in hoc casu, quo quis a Collectis Imperio debitis contra alium statum, easdem hæctenus ex negligentia pro ipso solventem, libertatem præscribit, eadem illa ratio, quod videlicet imperio nihil decedat, procedit & obtinet.

add. Gylmann Symphor. Tom. IV. P. I. Vol. 30. n. 126.

QVÆSTIO IV.

Quanam actio instituta ratione solutarum præstationum von dem Dorf Obertieffenbach cum pertinentiis?

Eadem hic locum habent, quæ in quæstione prima hujus Sectionis ratione prædii Seck jam dicta sunt, quare illuc me refero.

QVÆSTIO V.

An sit probata.

Quidquid supra ad quæstionem secundam in ratione decidendi contra stabilitum, verius tamen est, quod pro probata sumi debeat, quia
Emtor

Observat. DCCCCLXXXII.
Emtor Comes de Nassau in
Quæstionibus pariter
debetis contribuere, ipse
vestiam ab ore contr
se huiusmodi debent.
Quam vero solut
Nassau, eodem tamen
cum ille solvere debeatur
tamen possidem, et
sua debetur et a posses
L. 67. ff. de co
T. T. C. sine
Sed res ut quælibet p
lationem,
L. 11. Cod. de
Wid. d. d. d.
Ulpianus enim ad collect
idem Cod. 103. N
Adque juri de rationi con
Gall. i. Ob. 21.
Hinc divisione inter plures
collectas pro rata bonor
habe. Knichen d
Et ne quis pons, hoc fo
tibus, nimirum libe
ent.
R. I. de Anno
Quid sit hinc
religiosa Stant
und contribuere
vereben Land u
Mittl. unterwe
weder jense, si
die gührende W
den Ständem
Cum quo co

Emtor Comes de Nassau in Contractu 27. Octobr. 1650. [25] prædium Obertieffenbach partem quotæ matricularis Domus Wedano-Runkelensis constituisse, ipse agnovit, venditoremque suum induxit, ut rem venditam ab onere contribuendi ad onera Imperii eximere, illudque in se suscipere debuerit.

Quanquam vero solutio collectarum facta haud fuerit per Comitem de Nassau, eandem tamen fictione quadam præstitam esse censendum est, cum ille solvere debuerit & constet, onera inhærere fundo & transire in omnem possessorem, cum collecta sit onus, quod ex possessionibus pro rata debetur & a possessore peti potest.

L. 67. ff. de contrah. emt.

T. T. C. sine censu vel rel. fundum comp.

Sed res ad quemlibet possessorem transit cum sua causa, publicarum præstationum,

L. 12. Cod. de distrah. pign.

Wesemb. Conf. 133. N. 62. & 63.

Obligatio enim ad collectas fundum sequitur,

idem Conf. 103. N. 13. & 15.

idque juri & rationi consentaneum dicit

Gail. 1. Obs. 21. N. 18. & 19.

Hinc divisione inter plures facta, possessori partis præcipuæ licet, a reliquis collectas pro rata bonorum colligere,

Andr. Knichen de Sax. non prov. Jur. Cap. 3. N. 253. & 254.

Et ne quis putet, hoc solummodo intelligendam esse de possessoribus quotalibus, nimirum subditis, leges imperii contrarium fati superque evincunt.

R. I. de Anno 1576. §. 21. in Verb.

Gleichfalls diereil etliche Stände des Heil. Röm. Reichs geistlichen und weltlichen Standes, so hievor im Heil. Reich ihre Anschlag gehabt und contribuiren haben, nunmehr in Abgang kommen, gleichwohl derselben Land und Leut vom Reich herrührend, und demselben ohne Mittel unterworfen, NB. von andern Ständen besitzlich eingenommen worden seynd, sollen auch dieselbe, als jezige Inhabere N. N. dafür die gebührende Anlagen zur jezigen Steuer ohnweigerlich, als von andern Ständen oben statuiret worden, entrichten und bezahlen.

Cum quo collimant

R. I. de Anno 1582. §. 20.

R. I. de Anno 1592. §. 17.

R. I. de Anno 1598. §. 21.

QVÆSTIO VI.

An hæc actio per exceptiones partis rea sit elisa?

Prima Exceptio ex Contractu de Anno 1650. [25] derivatur, vi cuius Comes Mauritius Christianus in Wied-Runkel exemptionem prædii *Obertieffenbach* promisit, oneraque imperii suis imposuit terris. Eandem vero subsistere non posse, ex sequentibus patefcet. Siquidem

a) quæstio in eo vertitur, an tale pactum inter emtorem & venditorem saltem valeat & an venditor emtori id, quod ipse tributi nomine exsolvit, restituere teneatur?

Cum talis casus, quo communitas quædam prædium Sempronio ex lege vendiderat, daß alle Steuern, Anlagen und Kriegsbeschwerden auf dieser Verkäufer Gürther geschlagen und von ihnen übertragen werden sollen, & his postea communitas contravenerat, Anno 1640. Facultatis Juridicæ argent. juxta

Taborem de Metatis & epidem. P. III. Sect. II. Cap. 1. §. 17.

decidendus offeretur, illa non dubitavit, pro Emtore respondere, ut nempe contra suos Venditores regressum habeat & pœnam, quæ stipulationi subjecta fuerat, ab illis exigat, non saltem ex eo, quod ista sententia a communiissima Veterum Schola adeo recepta sit, ut vix aliquis clarus juris interpret e Veteribus occurrat, qui eidem tanquam æquiori & in dubio præferendæ non succinat, a cuiusmodi receptis DD. Sententiis in praxi recedere tuto haud liceat, verum etiam ex eo, quod nulla necessitas nos liget, ut tit. Cod. sine censu fund. comp. non posse, absolute exaudiamus, adeoque tale pactum non solum quoad fiscum, sed & ipsos contrahentes illicitum reputemus, per

L. 42. ff. de pact.

ubi hoc saltem dicitur, talem conventionem, quantum ad fisci rationem, non esse servandam, eoquod pactis privatorum forma juris Fiscalis convelli non debeat, id quod posita hac Sententia, quod Emtori, qui Fisco plene satisfecit, adversus Venditorem, qui huic pacto non satisfecit, regressus competere debeat, nullo modo peccetur & cum utique pacta servari conveniat & haud dubie emtor non aliter illud prædium, vel non

tanto

tanto saltem pretio & tam periculoso cumprimis tempore emturus fuisset, imo ipsæ quoque leges in persona Venditoris & Emoris hoc pactum admittant

L. 52. ff. de pact.

sicque illud non simpliciter damnent. Quare illud omnino etiam in emtore & venditore servandum judicavit dicta Facultas Jur. Argent. ita nempe, ut emtor id, quod fisco exsolvit, vi talis pacti vel actione ex hoc ipso contractu, vel præscriptis verbis repetere valeat. Eidemque Sententiæ accessit

Brunn. ad L. 42. ff. de pact.

Carpz. P. 2. Const. 31. def. 21.

Sed ab ista Sententia non minoris nominis DD.

vid. Lauterb. Disputat. de Oblig. sol. ex convent. cum extraneo inita N. 25.

recessere, idque meo iudicio recte, quia Tributa publicæque præstationes jus reale important, vi cujus competens actio realis, ut umbra corpus,

Perez ad tit. C. sine Censu &c. n. 1.

ipsam rem comitatur & a Fisco contra ejus Possessorem intenditur, sicque contraria conventio, ut id, quod ipsi rei inhæret, alium, quam rei possessorem, sequi debeat, absurda videtur,

Rhetius in Disp. de censu fundo cohærente C. 3. n. 97.

dum sic onus tributi & collectarum ceu onus rei non habere intelligitur, in quo radicetur. Rationi namque repugnat, ut venditor, qui omne rei venditæ jus a se abdicavit & emtori resignavit, nihilominus perpetuo & in futurum instar rei possessoris onera rei inhærentia præstare adigatur,

Bachov. ad L. 42. ff. de pact.

insuper hujusmodi promissio, qua se venditor imposterum ad Collectas obstringit, regulariter sine causa & nuda remanet, cujus generis pactio- nibus nihil roboris inesse, probat

L. 56. ff. de pactis.

Klock de contrib. Cap. 11. n. 144.

ac propterea nullam contra Venditorem competere actionem, in ver- bis habet

L. 1. actio tibi adversus eam competere non potest &c. ex ven- dito actio, ut placitis stetur, non convenit. Cod. sine Cens. fundum comp. non posse.

Imo plane emtores hujusmodi partitionibus, ut venditor Collationis far-
Nun nn 3 cinam

cinam retineat, adjuvari non debeat, sed omnes pro agris a se possessis publicas penſitationes agnoſcere jubentur, ita ut contraria conventio nullum contra Venditorem regressum pariat,

Barboſ. axiom. L. 19. Cap. 8. ax. 22.

ut de eo, quod ſi quis fundum rei privatæ vel dominicæ, quæ eſt Imperatoris, a fiſco emerit demto Canone, ei fundus cum fructibus jubeatur auterri, neque pretio ei reddito, neque ulla vel ſumtum vel meliorationum habita ratione,

L. fin. Cod. de fund. rei priv. ibique
Brunner.

L. 2. Cod. Theod. de contrah. emt.

taceam.

Quidquod in tit. Cod. ſine cenſu fund. enixe dicitur, ut omnes paſſiones in contrarium reprobentur, ita quidem, ut illas nec reſpectu ipſorum contrahentium ſubſiſtere Imperator velit, dum non hoc ſaltem dicit, quod fundus ſine cenſu comparari non poſſit & quod nec cuiquam licere debeat, fundum hoc pacto comparare vel vendere, item quod plane hoc pactum illicitum, ac proinde ceu expreſſis ſanctionibus adverſum, nequidem intuitu ipſorum contrahentium pro valido habendum ſit, ſed & hanc apertiffimam ſuæ prohibitionis rationem adducit, quod altera ex parte momentariæ Venditorum neceſſitates & ex altera emtorum per talia pacta eos ſubdole captantium avaritia præcipuam ei anſam præbuerint; Quodſi vero tale pactum quoad ipſos contrahentes validum foret, tunc neque emtorum rapacitati & avaritiæ via occluſa, dum illi collectas fiſco ſolutas a Venditibus repeterent, neque etiam Venditorum, qui pecunia egentes & meliorem fortunam ſperantes facillime in duram hanc conditionem conſentiunt, perpetuo huic oneri ſe & omnes quandoque ſuos poſteros ſubjiciunt, neceſſitatibus ſubventum foret.

Addatur C. I. A. Tit. de act. emti Theſ. 61. & ſeqq.

Hering de fideicom. Cap. 24. n. 269.

Rhetius ſupra alleg. loc.

Lauterb. alleg. loc.

Martini de cenſibus Cap. 6. n. 310.

Eſbach ad Carpz. P. III. Conſt. 16.

b) in hoc pacto agnatorum Conſenſus neutiquam adhibitus, proinde illud contra actorem modernum proprio jure venientem nullius per retro jam fuſius deducta, eſt efficaciæ.

Secundæ partis Ræ exceptio ponitur in eo, quod res hæc non tangat Comi-

Comis de Wrel, ſed eo ſan gravat. Verum nec

a) pars rei in expreſſis prægravis diſpoſita

proo ſuo avo, rem hæc

b) ſine Imperii conſenſu ſuo ad competentem auctoritatem ſubſiſtere ſunt

L. 1. de Anno 1

Reventrunk

de Ludolph Ob

in unum caret dubio,

bus neque, ſi repetitur

Quoſ em divina provi

uni tempore ſubjecto

de n. exp. quibus ſub

Alci de Conſuet.

Tria Exceptio partis

ſunt et, qua viciis me

Nalio, utpote qui ſine

curi injuria ſubſiſtorum,

Quarta Exceptio ponitur

Nalioſam proprietate

compendentiam fuerit. H

pluris [12] ſal. 12. & in

ſubſiſti in Anno 1377.

confirmatam ad Donum

pars rea obſervat.

Quarta denique Exceptio

conſiſtit in exceptione di

ſiones repeti poſſent,

eo tempore, quo ipſi

quis autem omnem in

riti Caritiani de ejus

Comites de Wied, sed eorum subditos, retenta antiqua matricula forsitan gravatos. Verum nec hæc relevat, cum

a) pars rea in exceptionibus confiteatur, subditis Wedanis forsitan prægravatis (*allenfalls*) competere regressum contra Comitem, ex quo pronò fluit alveo, rem hancce tangere ipsum Comitem & quemadmodum.

b) Status Imperii collectas nomine Imperatoris ac Imperii inter subditos suos ad competentiam quanti matricularis secundum æs & libram æqualiter distribuere sunt obligati,

R. I. de Anno 1545. §. es sollen.

Rœvenstrunck von Anlagen n. 26.

de Ludolph Obs. 102. in not. n. 4.

ita omni caret dubio, quod agere possit Comes nomine subditorum, quibus utique, si repetitio locum habet, indebite soluta reddenda forent. Quos enim divina providentia summæ rerum præfecit, hos omnino decet, omni tempore subsectorum commoda tam investigare, quam eis mæderi & ea agere, quibus subditi ab omni damno illato liberentur.

Klock de Contrib. C. 12. n. 154.

Tertia Exceptio partis reæ, nimirum præscriptionis, etiam non adeo firma est, quia adfuit mala fides compaciscentis emtoris, Comitis [de Nassau], utpote qui scire poterat, ac debebat, talia pacta iniri non posse cum injuria subditorum, sed invalida eadem in jure reputari.

Quarta Exceptio ponitur in eo, quod *Obertieffenbach* antea ad Domum Nassovicam proprietarie pertinuerit & sic sub matricula dictæ Domus comprehensam fuerit. Huic obmoto autem contradixit pars rea in triplicis [108] fol. 13. & insuper [124] probavit, dictum pagum *Obertieffenbach* in Anno 1375. per transactionem a Rege Romanorum [125] confirmatam ad Domum Wedanam pervenisse, ad quam probationem pars rea obmutuit.

Quinta denique Exceptio, ad quam partis reæ advocatus non reflectit, consistit in exceptione de jure tertii. Certum namque est, si quæ præstationes repeti possent, actionem desuper nullam competere actori, nisi ab eo tempore, quo ipsi jus succedendi ab Anno 1709. apertum fuit, reliquas autem omnem in casum spectare ad hæredes allodiales Comitis Mauritii Christiani & ejus Successoris Joannis Ernesti.

MEMBRVM OCTAVVM.

Quid igitur ratione hujus tertii objecti litis pronunciandum?

Sequitur

Sequitur ex præmissis, 1. absolutorie pronunciari debere & quidem in toto quoad onera prætense exsoluta ratione *Seck* & ratione *Obertiefsenbach*, quoad tempus, quo actori nostro jus succedendi per mortem Comitis Ludovici Friderici Anno 1709. insecutam fuit apertum, addendo tamen 2. quod *Seck*, quodsi doceri posset, hoc prædium ante alienationem Anno 1607. a Comite Wilhelmo factam sub quanto matriculari a Domo Wedana præstari debito comprehensum fuisse & Comites de Leiningen, nec non Comites de Nassau subditos hujus prædii subcollectasse & Comes de Wiedrunkel desuper reos actione aliqua pulsare velit, ipsi eandem in separato proponendi via patere debeat, 3. quoad *Obertiefsenbach*, parti actrici collectas pro parte, nempe ab Anno 1709. quo ipsa jure proprio ad successionem pervenit, adjudicari debere, idque prævia justificatione quanti.

MEMBRUM NONVM

sistit

Discussionem quarti nostri objecti litis, consistentis in repetitione alienationis superioritatis territorialis über die vier Kunkelische Wälder, Mörs, Breitenlohe, Wiedbach und Hengen, nec non in revocatione derer beyden ersten *tum ex capite fideicommissi, tum ex capite feudatariis*, uti & intuitu derer zwey letzteren ex jure retractus territorialis.

SECTIO PRIMA.

QVÆSTIO I.

Quanam actio instituta ratione der alienirten Wiedrunkelischen Landeshoheit über ermeldte vier Waldungen?

a) Advocatus partis actricis desuper in libello [1] nimis generaliter conclusit, daß der Kaufhandel nicht beständig, sondern zu cassiren, und Frau Beklagtin zur Restitution anzuhalten. In replicis [64] vero

b) clarius locutus, se ratione alienatæ superioritatis territorialis instituere actionem revocatoriam. Quamvis autem

c) Lauterbach & alii ad tit. ff. de R. V. existiment, res incorporales, qualis superioritas territorialis indubie est, ad rei vindicationem non pertinere, attamen interdum fit, ut objecti intuitu, aut alias ob causas res incorporales corporalium naturam induant.

Hert.

Hert. de leg. ter.

*d) hinc pro repeti-
tionem et fideicommissi
ci compere ultimo, n
illis actibus profequi
non in materia servituti
habet, nec etiam in po
licita parte, ne nulla q
ti, repetere licet est.*

*An hoc act**injuncti [66]*

*von Hermannum
rie, bis ten Land,*

*hic pactum ames
quibus bona actrice, in
admodum superioris t
Nock Tom. 1.*

hinc eandem eodem cur

*Omnia autem alie
per titulos supra detradit
tata parte de fideicommiss
hinc, conclusio, actione*

*An hoc actio ex**Dicit pars rea**1^o Non habet in**voluntate de alienante**2^o Juxta eandem**diver permutationis**Sed hinc dicta**habeo, cum**Generi Olf. Tom. 2*

Hert. de super. territ. §. 76.

d) Igitur pro repetitione superioritatis territorialis actionem vindicatoriam ex fideicommissio, tum etiam revocatoriam ex feudo parti actrici competere existimo, non obstante, quod ejusmodi jura incorporalia aliis actionibus prosequi debere, Doctores passim doceant, siquidem hic non in materia servitutum, ubi actio vel confessoria, vel negatoria locum habet, nec etiam in possessorio versamur, sed tantum de alienatione illicita pariter, ac nulla quaestio & hic ea, quae supra de his actionibus dixi, repetere satis est.

QVÆSTIO II.

An hæc actio vindicatoria ex fideicommissio probata?

Inspicienti [66] statim in oculos incurrit, Comites Joannem Wilhelmum, Hermannum II. & Philippum Ludovicum Anno 1613. pactum inivisse, daß kein Land, noch Leute aus dem Stamm ic.

Hoc pactum omnes Gentis Wedanæ Successores obligare, omniaque ejus bona afficere, in antecedentibus jam demonstratum est & quemadmodum superioritas territorialis & jurisdictio territorio cohæret,

Klock Tom. 3. Conf. 143. n. 106. seq.

hinc eandem eodem cum territorio jure censeri debere expeditum est.

Omnis autem alienatio fideicommissi absque consensu Agnatorum per fufius supra deducta, nullitate quam maxime laborat, quare cum ex una parte de fideicommissio & ex altera parte de descendencia actoris constet, concludo, actionem institutam ex fideicommissio probatam esse.

QVÆSTIO III.

An hæc actio ex capite fideicommissi instituta probata, an per exceptiones partis reæ elisa sit?

Dicit pars reæ in exceptionibus [58]

1^{mo} Man habe über den Nrum 24. 25. 26. & 27. oder [25|26|27|28] welche die alienirte Landeshoheit betreffen, keine Antwort zu geben.

2^{do} Juxta eosdem quadrangulos contractum emtionis vend. & respective permutationis rite celebratum fuisse.

Sed hæc dicta neutiquam sufficere, mihi quam maxime persuasum habeo, cum

ad 1^{um}, in arbitrio partis reæ positum haud existat, an respondere velit, nec non? & insuper expediti juris sit, id, quod pars non disputat, judicem pro confesso habere debere.

Mev.

& ad 2^{dum}, hanc venditionem, utpote contra fideicommissum factam & consensu agnatorum destitutam, nullam prorsus, ac invalidam esse, supra jam evictum existit, quare protestationem a Moderni actionis Patre Anno 1700. teste [39] interpositam hic in medium assumere superfluum foret & concludo, actionem ex capite fideicommissi intentatam neutquam elisam esse.

QVÆSTIO IV.

An actio revocatoria wegen der alienirten Landeshoheit instituta probata sit ex capite feudi?

Superioritatem Territorio inhærere, supra jam demonstratum est & quanquam in literis investituræ [30|31|114] sylvarum alienatarum nulla specialis facta mentio, attamen has ad feudum pertinuisse exinde credendum, quia enumerantur [114] die Zehenden zu Schuppach mit Zugehör und deren Dörfern, die dazu beschieden.

Feudo autem concessio, omnes ejus pertinentiæ in concessionem veniunt.

Mev. P. 2. Dec. 196. n. 1. in not.

& DD. passim.

Quid quod ex contractu [25] evidens est, quatuor illas sylvas ad pagos Runkelenses Schuppach & Hechholshausen pertinuisse & Domino Comiti Superioritatem territorialem competiisse, hancce a Comite Joanne Ludovico emtam esse.

Sicuti vero alienatio feudi absque consensu agnatorum nulla pariter, ac invalida est,

per supra fusius allegat.

hinc concludo, actionem hancce sufficienter probatam esse.

QVÆSTIO V.

An hæc actio ex capite feudi revocatoria intentata & probata per exceptiones partis reæ elisa sit?

Pro

Pro responsione hujus quaestionis me ad dictam quaestionem tertiam praecedentem refero & ex ibi mentionatis rationibus concludo, eandem haud elisam esse, praesertim cum contra feudalitatem ex parte rea nil observari potuerit.

QVÆSTIO VI.

Quid ergo ratione alienata Superioritatis derer vier Runkelischen Waldungen, Mörs, Breitenlohe, Wiedbach und Sengen pronunciandum?

Ex praemissis sequitur, dictam alienationem, utpote contra fideicommissum & absque consensu agnatorum nulliter & invalide factam, cassandam & annullandam esse, cum adjudicatione fructuum, uti in membro quinto, si quos ad Domum Nassovicam exinde pervenisse, doceri possit.

SECTIO SECVNDA

De Alienatione derer Waldungen Mörs und Breitenlohe.

QVÆSTIO I.

Quanam Actio instituta?

Equidem videri posset, etiam hic saepe dictam actionem vindicatoriam & feudi revocatoriam locum habere debere, eo quod Comitatus Wedano Runkelensis in suo complexo nexu fideicommissi pariter, ac feudi sit affectus & alienatae sylvæ partem ejus constituent, cum quod juris est in toto, etiam in parte ejusdem obtinere debeat; at nulla ratione videri est, qualis actio parti aëtrici competere possit, attento,

quod 1) sylvæ venditæ in Dominio privato communitatum Schupach & Heckholzhäusen constitutæ,

proindeque 2) dictæ communitates de iisdem disponendi facultatem habuerint, hoc etiam

3) mediante contractu emtionis, venditionis [26] & [27] fecerint & hos contractus Dominus territorialis Mauricus Christianus 27. Oct. 1650. [25] confirmaverit, sicque hasce venditiones expresse ratihabuerit. Ex quo consequitur, actionem, si qua parti aëtrici eo circa competeret, tendere ad utilitatem & commodum subditorum ita, ut jus ex actione

instituta ipsis tantum quæratu subditis, quo in casu Dominus absque mandato agere non potest,

Gail I. Obs. 125. n. 1. & seqq.

cum pars actrix ipsa hocce in replicis [64] fere in fine agnoverit, dicendo, communitatem hocce jus agendi in Dominum Comitem transtulisse, de qua translatione autem nec umbram quidem probationis in actis invenire licuit. Nec obstant, quæ initio hujus quæstionis in contrarium dicta sunt, siquidem alienationem sylvarum a Communitatibus fieri posse salvis tamen juribus Domino territoriali, in regula expeditum est, adeoque manente Superioritate territoriali, aliisque juribus Comiti Wedano perinde erit, quisnam sylvas quæst. possideat.

Si vero subditi in *Schuppach* & *Heckholzhäusen* adhuc agere, sylvasque alienatas repetere putent, cum emtionem venditionem juxta legum præscripta

L. 3. C. de vendend. reb. civit.

celebratam, solemnique omnia,

per Tradita DD. ad hanc leg.

vid. Stryck de alienat. rer. & bon. civit. per tot.

Harppr. Conf. 26. per tot.

adhibita fuisse ex [26] & [27] non constat, ipsis, modo exceptionem præscriptionis ex actis pullulantem elidere valerent, juvari posse, cæteris tamen paribus affirmarem. Concludo insuper, parti actrici nullam ratione alienatarum sylvarum *Mörs* & *Breitenlohe* competere actionem.

QVÆSTIO II.

An hæc actio intentata per exceptiones elisa?

Suam ex modo dictis jam habet responsionem.

SECTIO III.

De Alienatione der beyden Waldungen Wiedbach und Sengen.

QVÆSTIO I.

Quænam Actio instituta?

In [1] actorum Cameralium partis actricis Advocatus eo circa nihil allegavit, sed in genere tantum ad cassationem alienationum conclusit, in repli-

Observat. DCCCCLXXXII.
 replicis vero dicit, et fere
 ex iure retractu territoriali
 territoriali ad consequendum
 curare in pace, compo
 deq. L. in cod.
 inque Brunem.
 Sed an notis temp
 possit, dubium est, q
 le impet. de observant
 tra. Dixerunt tam
 tem adit, quatenus
 huius, moderni in
 ro eodem, que olim
 non ipsa, si non
 Vobis hinc emergent
 amus regis non hab
 idem sui retractu ip
 vnumta prædictum dicit
 communitas inverte
 minantur. Et que elie
 extraneo male conse
 Brun. de iur. p
 hinc quidem addit
 Stryck de Succ
 Hæc si civis rui
 vendere, collibet civi
 Galzer in Germania re
 diderit ei, qui ad
 fectare retractus
 que casu retractum
 qui eodem adstripi
 solum advenit extr
 D. L. unita
 confirmat Ph
 rit. habi
 qui hinc retractu le
 modo cum abrogat

replis vero dicit, es seve flagender Theil besugt, diese beyde Waldungen ex jure retractus territorialis an sich zu lösen, quam actionem ex retractu territoriali ad consequendum bona in aliam provinciam alienata, modo cœtera sint paria, competere existimo

Arg. L. un. cod. non licere habitatoribus &c.
ibique Brunnem.

Sed an nostris temporibus, quæ in hac lege continentur, applicari possint, dubium est, quia hodie in Germania vix dantur metrocomiæ & insuper de observantia trium posteriorum librorum codicis sæpe dubitatur. Dicendum tamen est, illos libros eatenus tantum in desuetudinem abiisse, quatenus eorum leges, quæ ad aliam faciem rei publicæ sunt latæ, hodierno imperii statui accommodari nequeant, quatenus vero eadem, quæ olim pro lege ejusmodi, hodie militat ratio, cur non ipsa lex, si non quoad verba, saltem commoda interpretatione ad Casus hodie emergentes applicari possit & debeat. Quare licet metrocomias amplius non habeamus, adsunt tamen urbes, adsunt pagi, quibus idem jus retractus indulgeri debere, eadem suadet ratio. Nam cur metrocomita prædium suum in extraneum conferre nequibat? quia totius communitatis intererat, ne bona ab eadem separentur, opesque ejus minuantur. Et quæ esset invidia, rem, quam concivis eodem pretio appetit, extraneo malle concedere,

Brunn. de jur. peregrin. membr. 2. §. 28.
hinc quidem addit

Stryck de Success. ab intest. Diff. 6. Cap. I. §. II.

Hodie si civis rustico vicini pagi, ac Civi vicinæ civitatis prædium venderet, cuilibet civi hujus civitatis hunc retractum patere, id universaliter in Germania receptum esse, affirmare non aüssim, sed potius crediderim ei, qui adversus incolam alterius quidem pagi, sed ejusdem præfecturæ retracturus est, onus probandi incumbere, ut doceat, hoc quoque casu retractum receptum esse, cum nec jure Romano inter Vicinos, qui eidem adscripti sunt metrocomiæ, licet ex eodem Vico non sint, sed solum adversus extraneos huic retractui locus concederetur.

D. L. unica eod.

confirmat Prof. Wahl in Disp. de jure protim. seu retractus territ. habita Gießæ §. 8.

qui huic retractui locum concedit, etiamsi receptus non doceatur, dummodo eum abrogatum esse non constet.

QVÆSTIO II.

*An hæc Actio ex retractu territoriali sit probata wegen des
Walds Wiedbach.*

Ad fundandum jus retractus requiritur 1^{mo}, alienationem esse factam, jus enim retrahendi præsupponit rei retrahendæ alienationem,
Bocer. Class. 3. disp. 22. Thef. 1. Lit. B.

2^{do} retrahere cupientem esse vicinum, vel ad retrahendum jus habere, 3^{io} Retrahentem offerre vel deponere intra tempus legitimum idem pretium, quod emtor pro re vendita dedit. Quoad requisitum intentatæ actionis 1^{ma} ex actis nihil certi colligere licet, cum tabulæ emtionis venditionis productæ non sint & in [25] tantum dicatur, sylvam Wiedbach antea jam venditam fuisse; quare huic immorari haud necesse, sed si actio probari forsan poterat, ante omnia parti reæ productio originalis vel copiæ vidimatæ contractus emt. vend. injungenda erit.

ad 2^{dum} requisit. largior, Comiti de Wied Runkel in pago Heckholzhäusen extra jus territoriale alia adhuc jura competere, prout in quibusdam locis Domino das Ober- und Mitmärker-Recht tribuitur, sub quibus juribus etiam jus retractus comprehendi extra omnem dubitationis aleam constitutum est. An autem quoad requisitum hujus actionis tertium, solennia juris retractus observata sint, altioris admodum indaginis est, præprimis cum in quæstione præcedenti IVta jam demonstratum, partem actricem intuitu sylvarum venditarum neque ex fideicommissio, neque etiam ex capite feudi agere posse, quandoquidem semper illata manet superioritas territorialis super his sylvis & hac consideratione dici neutiquam potest, daß etwas auffer dem Stamm veräußert worden, consequenter parti actrici plus juris circa ejusmodi retractum non competat, quam alio convicaneo in Heckholzhäusen, talem autem fatalia retractus observare & ante eorundem lapsum pretium realiter offerre debere, juris plusquam notissimi est, quæ omnia autem hic desunt, ut Præscriptionis plusquam quinquagenariæ taceam. Quare concludo, actionem ex jure retractus territorialis neutiquam probatam esse.

QVÆSTIO III.

An actio per exceptiones partis reæ elisa?

Ex responsione ad quæstionem præcedentem resolutionem suam habet.

QVÆ-

An hoc alio ex re

Reperit hic jurat
an eadem publica sit, in
jus quæstionis sponte sua
contractum sub [25] et
fianciam habuille, et
inter communicem
in casu si res retractu
hæret, retractum erul
Bocerus Class.
Hæc can alioem m

de hoc actio ex jure
per ca
sum evadit

Ex præmissis infero
Chorach und Hystel
Waldungen, Wald,
actione absolvendam esse

ME

Quid r

In Lege 11. §.
expent.
prospectum, quod victus
& Ant. Faber in
ratione exp: sarum, qu
parte compulationem,

QVÆSTIO IV.

An hæc actio ex retractu territoriali sit probata wegen des Walds Sengen?

Repetere hic juvat ea, quæ tam intuitu competentia actionis, quam an eadem probata sit, in superioribus dicta sunt, ex quibus resolutio hujus quaestionis sponte sua sequitur. Cui accedit, quod ex una parte actrix contractum sub [28] ex suo archivo produxerit, adeoque optimam ejus scientiam habuisse, censendum sit & ex altera parte permutationem inter communitatem Schuppach & Domum Nassovicam intercessisse, quo in casu si res retractui territoriali subjecta titulo permutationis alienata fuerit, retractum exulare late ostendit

Bocerus Class. 3. Disp. 22. Thes. 43.

Hinc eam actionem non esse probatam concludo.

QVÆSTIO V.

An hæc actio ex jure territoriali wegen des Walds Sengen per except. partis reæ sit elisa?

Suam enodationem ex præallegatis accepit.

QVÆSTIO VI.

Quid pronuntiandum?

(148) Lit. P. 1. Genealogische Stammtabell aus dem Imhof über das Gräfl. Haus Wied, welche aber der Gräfl. Wiedischer Seite producirten Stammtabell, und dem Hübner, als auch denen Actis sehr contrair ist.

(149) Lit. P. 2. Ist eine gleichmäßige Stammtabell.

Den 23. Nov. 1735.

Lt. Ziegler, weilien die Quadruplicæ von unerlaubter Größe, und mit Injurien angefüllet, bittet solche ab Actis zu removiren, contradicit allenfalls, und stellet selbige hin sub Num. 39. per extractum herausgezogene Injurien hochrichterlicher Ahndung, & submittit desuper.

(150) Num. 59. Ist ein Extractus, worin die in Quadruplicis enthalten seyn sollende Injurien recensiret werden.

Den 2. Mart. 1736.

Lt. Weylach erscheint kraft Vollmacht, Namens Ihro Churfürstl. Gnaden zu Trier, als Westerlohischen Vormünderen, nimmt an, daß denen Quadruplicis was einzuwenden Gegentheil ohnvermögend gewesen, und will bis zu genommener Einsicht sich ulteriora reserviret haben.

(151) Ist die Vollmacht auf Lt. Weylach cum substitutione auf Licentiatum Spönda von Jhro Churfürstl. Gnaden selbst eigenhändig unterschrieben.

Den 12. Mart. 1736.

Lt. Ziegler acceptirt das Erscheinen, recognoscendo Procuratorium b. f. contradicit reservationi & petit sententiam. Annis sequentibus ist nichts gehandelt worden.

Den 10. Jan. 1749.

Lt. Ziegler zeigt an, wie er nach jüngeren Reichsabschied 6. Exemplaria einer Facti speciei bey der Leserey deponiret habe, bittet daher in judicando darauf zu reflectiren.

OBSERVATIO DCCCCLXXXIII.

De Ambitu Constitutionum Ecclesiasticarum Jus Divinum Veteris Testamenti quoad præcepta Mystica non excludente.

§. 1.

Cavendum esse statuit b. BOEHMERVS, ne mystica Interpretatione Veteris Testamenti instituta ad Leges trahamus GREGORII M. in C. I. D. 49. exempla. Cur vero sensus mysticus, qui ad intelligentiam moralem ducit, ab Apostolo in Epistola ad Ebræos fuit declaratus? Perfecto haud alium in finem, quam ut principia Juris Divini declarentur, Christianorum quoque Actionibus normandis inservientia. Opera pretium erit, rem altius repetere.

§. 2.

Ecclesia visibilis est species quædam societatis, quæ Republicæ assimilatur. Vnde non solum Republica Ecclesiastica dici solet, sed & Christiani, quatenus sunt membra Cœtus illius visibilis, Cives appellantur. Quamobrem perinde, ac in Republica civili, opus est Legibus, quibus Disciplina externa conservatur; opus est quoque personis, quæ Rempublicam Ecclesiasticam administrant, opus est pœnis, quibus in Legum transgressores animadvertatur.

§. 3.

Jus scriptum Ecclesiæ dicitur *Constitutio Ecclesiastica*. Dicitur etiam Canon, quatenus est regula sive norma Dogmatum publice docendorum & agendorum.

§. 4.

Canones isti sunt statuta Conciliorum, Decreta Pontificum & dicta Sanctorum.

§. 5.

Concilia universalia, seu Oecumenica sunt, quæ Patres Ecclesiæ, sive Episcopi ex universo orbe, credendorum & agendorum causa, in universon convenientes condiderunt.

Provincialia sunt, quæ propter causas Ecclesiasticas & altercationum sedationes per singulas Provincias, convocante Episcopo Metropolitano omnes Episcopos Provinciales & Capitula Ecclesiarum Cathedralium, celebrantur.

Episcopalia sunt, quæ Episcopus in sua Diocesi singulis annis celebrat, dum inter suos Abbates, Presbyteros & Clericos cognoscit.

§. 6.

Quandoquidem Concilia Conventus Episcoporum, hi vero Imperantes in Ecclesiis particularibus sunt; idcirco *Statuta Conciliorum tam generalium, quam particularium ad Constitutiones Ecclesiasticas pertinent.*

§. 7.

Ecclesiam universam non posse errare, credunt Pontificii in universon omnes: cum etiam Galli Papam in Concilio infallibilem pronuncient. Jam cum Concilium universale totam Ecclesiam repræsentet; ideo *pro vero habetur, quod in Concilio Oecumenico definitum* (c. 2. D. 15.)

Nimirum cum Patres conveniant veritatis dogmatum inquirendorum gratia, Deumque invocent, ut Spiritu S. suo ipsis adstant, in Scriptura Sacra vero Christus promiserit, imo declaraverit, Patrem daturum Spiritum Sanctum omnibus invocantibus eum; non credibile videtur Ecclesiæ Romanæ Doctoribus, Deum denegare hanc assistentiam Spiritus S. Patribus, ut veritatem dogmatis perspiciant.

§. 8.

Et quoniam *in Concilio generali* singuli Episcopi suam repræsentant Ecclesiam, ita ut Ecclesia consentire præsumatur in id, quod ab Episcopis congregatis fuerit decretum, omnes autem ex universo orbe Episcopi in eodem conveniunt (§. 5.); *quod in eodem decernitur vel constituitur, universam omnino obligat Ecclesiam* (c. cit.).

§. 9.

Atque ideo apparet, cur *Articuli fidei publice docendi una cum agendis*

Et ritibus Ecclesiasticis in Concilio Oecumenico definiri debeant, si uniformitas in Ecclesia desideretur, ut sit una.

§. 10.

Secundum Protestantium doctrinam Pontificii in eo hic aberrant a veritate, quod Illuminatio, quæ tantummodo consistit in determinatione generali assensus veritatibus a Deo revelatis præbendi, quemadmodum naturaliter appetitus tantum generaliter ad bonum determinatur, ad infusionem idearum verbis Scripturæ respondentium extendatur. Ex qua notionem Illuminationis utique sequitur, etiam Concilia Oecumenica errare posse, cum notiones non infundantur, sed studio comparentur, consequenter nec placita Conciliorum universalium pro norma constante credendorum recipienda esse.

Experientia quoque fallibilitatem Ecclesiæ universæ confirmat: cum constat, totam Ecclesiam aliquando factam fuisse Arrianam.

§. 11.

Si contingat, discordem inter Concilia generalia inveniri sententiam, illius sententia magis tenenda est, cujus antiquior est autoritas. Probabilior enim censenda est sententia antiquioris: quia ævo Apostolico propiores Patres vericorem sententiam ab Apostolis & Viris Apostolicis hausisse videntur. Ex qua ratione etiam Patres in singulari majorem autoritatem habent, quo ævo Apostolico propiores sunt.

§. 12.

Cum Episcopi imperantes Subalterni, seu Papæ subordinati sint,isque pro capite visibili totius Ecclesiæ habendus sit, juxta doctrinam Pontificiorum, atque nemo alterum ad conventum convocare possit, nisi qui quandam in eum superioritatem habet, vel prærogativa pollet; igitur *Concilia universalia nemo convocare potest, nisi Pontifex, nec illa absque ejus autoritate valida, quin imo nec pro conciliis, sed conventiculis habenda sunt* (c. 1. seqq. Dist. 17.).

§. 13.

Sique adeo Romanus Pontifex Concilio generali interesse nequit, *urum vel plures speciales Legatos ad hoc constituere debet* (c. 2. Dist. 17.), eoque magis, quoniam si omnes Episcopi conveniant, ut unanimi ipsorum consensu decidatur, quod ad deliberandum proponitur, supremus quoque Episcopus, qui Pontifex est, interesse debet.

Quare si ipse interesse non potest, Legatum mittere debet, qui quid ipsi videatur, Patribus congregatis exponat. Neque enim inter ipsos Ecclesiæ Romanæ addictos convenit, utrum Papa habeat Jus decidendi & Patri-

...atur tanquam Conciliaris, ...
...entiam, cum Ecclesia Gallica
...nem Ecclesiæ Pontificem
... Pontificem posse condere
...am ob causam LEIBNITIVS
... Pontificios esse negat, quia
... Pontificis, quemadmodum car
... Ecclesiæ, seu Conciliorum Eccl
...stantes in Autoritate Scri

§. 14.

... Decreta Pontificum Romanorum
... Dist. 19.). Decreta namq
... Ecclesiæ recipi debent, quod
... in Papa, tanquam capiti totius Ec
... videri, infallibilitatem tribuant;
... recipi & Canonibus Concilii

... ita se habent ex Sententia
... er ipsos Ecclesiæ Romanæ addictos
... et decidendi & Patribus tantum v
... ni teneatur concordiam Patrum S
... Concilia supra Pontificem, car
... Concilia evitant.

§. 15.

... vero provincialia generaliter con
... um): cum in Concilio provin
... regerent (§. 5.), si vero
... ac in his decidi possit, quod ad
... manis, Concilia Provincialia
... dum spectant; facile fieri potest.
... que cum Ecclesia Romana ob
... vici Ecclesiæ sit Doctrina, nec
... videntur concedere potest.

§. 16.

... Concilii provincialibus ni
... quæ dicitur tantum est & quod
... sequitur ut aber

Patribus tantum utatur tanquam Conciliariis, an sequi teneatur concordem Patrum Sententiam, cum Ecclesia Gallicana Concilia supra Pontificem, cæteræ autem Ecclesiæ Pontificem supra Concilia evehant, ita ut Galli negeut, Pontificem posse condere Articulum fidei extra Concilium generale. Quam ob causam LEIBNITIVS in Miscellaneis a FELLERO editis, Gallos Pontificios esse negat, quia fidem suam non resolvunt in auctoritatem Pontificis, quemadmodum cæteri Pontificii faciunt, sed in auctoritatem Ecclesiæ, seu Conciliorum Ecclesiam repræsentantium, quemadmodum Protestantes in Auctoritatem Scripturæ.

§. 14.

Nec minus Decreta Pontificum Romanorum Canonibus Conciliorum æquipolent (c. 1. seqq. Dist. 19.). Decreta namque Conciliorum universalium ideo a tota Ecclesia recipi debent, quod infallibilia credantur. Quare cum etiam Papæ, tanquam capiti totius Ecclesiæ & Judici visibili controversiarum fidei, infallibilitatem tribuant; decreta quoque Pontificum tanquam vera recipi & Canonibus Conciliorum pari potestate exæquari debent.

Hæc ita se habent ex Sententia Juris Canonici: alias enim nec inter ipsos Ecclesiæ Romanæ addictos convenit, utrum Papa Jus habeat decidendi & Patribus tantum utatur tanquam Consiliariis, an sequi teneatur concordem Patrum Sententiam: cum Ecclesia Gallicana Concilia supra Pontificem, cæteræ autem Ecclesiæ Pontificem supra Concilia evehant.

§. 15.

Concilia vero provincialia generaliter constituendi vim non habent (c. 1. Dist. 18. in Summ.): cum in Concilio provinciali tantum Episcopi unius Provinciæ congregentur (§. 5.), ii vero universam Ecclesiam non repræsentent; nec in iis decidi possit, quod ad totam Ecclesiam spectat.

Et ponamus, Concilia Provincialia talia decidere posse, quæ ad totam Ecclesiam spectant; facile fieri potest, ut diversorum discors sit Sententia. Quare cum Ecclesia Romana ob unitatem Ecclesiæ velit, ut concors in universa Ecclesia sit Doctrina, nec Concilio provinciali vim generaliter constituendi concedere potest.

§. 16.

Quamobrem Conciliis provincialibus nihil relinquitur, quam cura, ut id servetur, quod alias statutum est & quod generaliter seu specialiter observari præceptum est; consequenter ut aberrantem a dogmate jam definito

nito corrigant, in iis autem, ubi sentiendi libertas est, ad mutuam tolerantiam dissentientes adhortentur (c. cit.).

Ita ipse Pontifex Dominicanis & Jesuitis in Articulo de Gratia dissentientibus mutuam tolerantiam præcepit.

§. 17.

Aliter vero sese res habet, si quæ a Conciliis provincialibus recte statuta sunt, etiam Catholica Ecclesia suscipiat, vel autoritate Papali confirmata (c. 6. Dist. 17. & c. 8. X. de Constit.). Tum enim valet in Ecclesia universa, non quia a Concilio provinciali ita statutum, sed quia a Catholica Ecclesia susceptum vel autoritate Papali confirmatum fuit. Atque sic constitutio a tota Ecclesia vel Papa facta intelligitur, perinde ac si a Concilio provinciali facta non fuisset.

§. 18.

Indeque nec absque Apostolicæ sedis autoritate Synodum particularem contra universalem aliquibus congregare licet (c. 4. Dist. 17.).

§. 19.

Multo minus igitur, Episcopi in Concilio Episcopali generaliter & novi quid constituendi facultate pollent, sed jura communia tantum confirmant & quidem statuta eorum ultra diocesim non valent, æque ac potestate ultra eandem non pollent, neque ignorantes ligant, consequenter Ecclesiis suis notificanda sunt (c. 16. D. 18.).

Ob id Statuta Conciliorum generalium proprie *Canones*, quia ab omnibus servari debent reliquorum particularium vero tantum *Constitutiones*, ceu Statuta particularia, vocantur.

§. 20.

Scripta Sanctorum Virorum vel Interpretum Scripturæ velut AUGUSTINI, HIERONYMI, *Juri communi non inserta, post scita Pontificum autoritatem tenent* (Dist. 20. per tot.). Etenim illi destituuntur potestate statuendi, si vel maxime scientia Pontificibus præcellant. Quare cum in negotiis definiendis non solum necessaria sit scientia, verum etiam potestas, ideo illorum scripta in hoc casu Scitis Pontificum postponenda. Obtinet idem in civili Regimine, ubi decretum Imperantis præfertur, etsi Vir quidam rerum politicarum gnarus, melius de eodem argumento scripserit.

§. 21.

Quoniam autem *Interpretes Scripturæ sacræ* scientia Pontificibus interdum præcellere possunt, in scripturis exponendis, quando nempe de sensu alicujus

DCCCCLXXXIII. De Ambitu Co
 congrua definitio (sermo est, Pontif
 in summ. d. Dist. 20.)

§. 22.

omnes Civiles, seu seculares, etiam
 jura Canonici nullius sunt firmi
 illis per tot.). Ex hypothese
 distinctum a seculari distinctum
 credere nequeat nisi is, qui p
 vero Juri Canonici nulla Prin
 sunt, Regibus usurpar
 quodur, ab ea quoque, neque
 tiam.

§. 23.

Multo minus igitur Constitutiones
 contrarietur: quæ nec res
 in Republica Leges alienæ invi
 mina recipentur.

§.

secus adeo sese res habet, si decre
 tum Ecclesiæ assumenda (c. 7. D. 10.
 nis & Pontificis Regibus pro ter

§.

Se quoque Constitutionis, qui
 (c. 3. Dist. 8.). Pone enim quo
 in Concilio universali definitu
 in susceptum, vel Pontifice app
 reser; duo contradictoria
 modi consuetudo vetustas est
 res.

Quæ itaque contra fidem Catho
 corruptela vitanda (c. 6.
 item quatuor priora Concilia
 vel viderem Paradisi flumina

im. adstruo, Jus Divinum
 vni Obs. Tom. III.

ius loci, non de dogmate definiendo sermo est, Pontificibus quandoque præponi possunt (§. sed aliud in summ. d. Dist. 20.).

§. 22.

Constitutiones Civiles, seu seculares, etiamsi commodum Ecclesiarum respiciant, ex hypothesi Juris Canonici nullius sunt firmitatis, nisi ab Ecclesia comprobata fuerint (Dist. 10. per tot.). Ex hypothesi namque Juris Canonici Imperium Ecclesiasticum a seculari distinctum, adeo ut Constitutiones in Ecclesiasticis condere nequeat nisi is, qui potestate in Ecclesia pollet. Ex hypothesi vero Juris Canonici nulla Principum in Ecclesia potestas est, nec quæ sacerdotum sunt, Regibus usurpare licet: quod autem a tota Ecclesia approbatur, ab ea quoque, neque adeo a Principibus constitutum censendum.

§. 23.

Multo minus igitur Constitutiones seculares ullius firmitatis sunt, si Canonici decretis contrariantur: quæ nec recipi possunt, cum alias perinde esset, ac si in Republica Leges alienæ invito Imperante Legibus ab ipso latis contrariæ reciperentur.

§. 24.

Secus adeo sese res habet, si decretis Canonici non contraria; sicque in adiutorium Ecclesiæ assumendæ (c. 7. D. 10.), siquidem Reges Pontificibus pro æternis & Pontifices Regibus pro temporalibus indigent (c. 8. d. Dist.).

§. 25.

Sic quoque Consuetudinis, quæ Canonici institutis contradicit, nulla est vis (c. 8. Dist. 8.). Pone enim quod sic. Quoniam pro vero habendum quod in Concilio universali definitum (§. 7.), consequenter etiam ab Ecclesia susceptum, vel Pontifice approbatum: eo autem Canonica instituta pertinent; duo contradictoria vera essent. Quod cum absurdum sit, istiusmodi consuetudo vetustas erroris appellanda est, cujus nulla esse potest vis.

§. 26.

Quæ itaque contra fidem Catholicam invaluit, ex hypothesi Juris Canonici seu perniciose corruptela vitanda (c. 6. Dist. 11.): siquidem totam principaliter fidem quatuor priora Concilia complectantur, quasi quatuor Evangelia, vel totidem Paradisi flumina (c. 1. §. 1. Dist. 15.).

§. 27.

Jam adstruo, Jus Divinum Veteris Testamenti Constitutionibus Ecclesiasticis

eis accenseri non posse, nisi quatenus præcepta moralia vel mystica continet. Etenim qua forensè & ceremoniale solos Judæos obligavit: quatenus verò præcepta moralia continet, ob moralitatem actionum intrinsicam immutabile est, sicque in quacunque Ecclesia obligat in sensu quocunque literali. Cum igitur mystica sint præcepta, quæ præter sensum literalem adhuc alium moralem habent & eadem quoad sensum moralem immutabilia sint; consequenter in quacunque Ecclesia obligent, necesse est. Ita enim Præceptum de Agno Paschali præter sensum literalem habet etiam mysticum. Nam sensus literalis est, quod Israëlita in memoriam exitus ex Egypto, atque adeo liberationis a servitute Egyptiaca Agnum Paschalem edere debeant. Sensu vero mystico interprete PAVLO Agnus Paschalis denotat Christum, qui nos a servitute Diaboli atque carnis nostræ liberavit. Ratio moralis utriusque sensus est præceptum generale, quod beneficiorum divinarum memores vitam vivere debeamus, quæ decet homines a captivitate in libertatem assertos. Et si itaque præceptum de comedendo Agno Paschali tempore Paschatos deserit, secundum intelligentiam tamen moralem nullam recepit mutationem. Etenim & nos adhuc (quæ Christianorum Paschatis celebratio est urgente Apostolo) beneficiorum divinarum nobis per Christum exhibitorum memores esse, ac imprimis liberationis a servitute peccati recordari, atque ideo vitam a Peccatis immunem degere debemus. Sique ad generalia descendere volueris, intelligentia moralis hujus præcepti multo adhuc amplior est: quia involvit præceptum de memoria beneficiorum divinarum conservanda, de diebus Fests, ac ceremoniis eum in finem constituendis & quæ sunt alia hujus generis plura.

Præcepta adeo mystica quoad intelligentiam moralem sunt principia Juris Divini. Quicquid enim in tota S. Scriptura continetur, ad Pietatem ducit. Vnde & ipsa incarnatio Christi ab Apostolo dicitur Pietatis Mysterium. Ex hac ratione omnia dogmata revelata Juris Divini principia sunt, i. e. propositiones, unde Jus Divinum deducitur, quod normandis Actionibus Christianorum inservit, quatenus Christiani sunt.

§. 28.

Neque tamen Lex Veteris Testamenti solum actionum norma est, sed etiam Evangelium rationem Actionum normandarum continet, quatenus scilicet homo ad actiones quasdam vi doctrinæ Evangelicæ obligatur & ad Actiones cæteras lege præscriptas, patrandas motiva inde sumit. Vnde pro Jure Divino non solum habendum, quod in Lege, sed & Evangelio continetur, i. e. in S. Scriptura, quatenus & Legem & Evangelium complectitur.

OB-

DCCCCLXXXIV. De gen

OBSERVATIO DCCO

De genina Alium Jurid

§. 1.

Juridici, quatenus in re

§. 2.

ad Leges actus jura d

Juridici dicuntur, quatenus jura

§. 3.

in relatione ad Leges vel iis

In Casu priori illi

§. 4.

in relatione ad Leges

In casu priori nulli,

§. 5.

ut actus Legibus

actus celebratus sit. Hin

Ita Testamentum inofficium

inter conjuges illicita, valida

§. 6.

Defectus, quo laborat actus in

eodem actus invalidus nullus,

non tolli potest. In casu priori

in casu posteriori nullitas insan

L. 29. de R. L.

Defectu suppleto vitium

OBSERVATIO DCCCCLXXXIV.

De genuina Actuum Juridicorum Indole generali.

§. 1.

Actus dicuntur Juridici, quatenus in relatione ad Leges considerantur.

§. 2.

In relatione ad Leges actus jura & obligationes operantur. Ergo actus Juridici dicuntur, quatenus jura & obligationes operantur.

§. 3.

Actus in relatione ad Leges vel iisdem prohibiti, vel non prohibiti, sed permisi sunt. In Casu priori *illiciti*, in Casu posteriori *liciti* dicuntur.

§. 4.

Porro actus in relatione ad Leges vel ex præscripto earum celebrati sunt, vel non. In casu priori *validi*, in posteriori *invalidi* dicuntur.

§. 5.

Fieri potest, ut actus Legibus prohibitus ex præscripto Legum tamen sicut licitus celebratus sit. Hinc actus illicitus validus tamen esse potest. Ita Testamentum inofficiosum illicitum, attamen validum, donatio inter conjuges illicita, valida tamen esse potest.

§. 6.

Defectus, quo laborat actus invalidus, dicitur *Nullitas*, seu *vitium*, & ab eodem actus invalidus nullus, seu vitiosus. Qui defectus aut tolli, aut non tolli potest. In casu priori *nullitas sanabilis*, *vitiosumque convalescere*, in casu posteriori *nullitas insanabilis*, *vitiosumque convalescere non posse*, dicitur.

conf. Hombergkii Diff. de convalescentia vitiosæ alienat. c. 1.

§. 7.

Quandoquidem tempus rerum quædam affectio externa est, cujus nulla in eas operatio est, seu potestas, illa qualificandi; igitur nec defectum supplere potest. Ac proin quemadmodum solo temporis tractu non vitium, quod valet; ita quod initio vitiosum est, temporis tractu convalescere non potest.

L. 29. de R. I.

§. 8.

Defectu suppleto vitium remotum esse, ex ipsa notione vitii patet.

Vitio autem remoto, vitiosum convalescere, ipsa ratio dicitur. *Causa autem vitii remota, vitium æque minus remotum est, ac cessante causa cessat effectus.* Ergo remotio vitii ipsius, non causæ tantum, verum convalescentiæ fundamentum est, cum e contrario non nisi vitii causa sublata convalescentia locum habeat.

§. 9.

Vitium tolli posse vel autoritate Principis, adeoque etiam beneficio Legis, vel etiam facto partium, nemo non perspicit.

§. 10.

Quia fundamentum convalescentiæ non ex momento celebrati actus adest, sed supervenit; ideo *vitiosum, quod convaleuit, valet ex nunc, non, ut loquuntur, ex tunc.*

§. 11.

Quæ ad præscriptum Legum in celebrandis actibus validis observanda, natura tamen necessaria non sunt, *solemnia Juris, seu solemnitates* dicuntur, consistuntque vel in verbis, vel actionibus externis: priori casu dicuntur *Formulae*, indeque actus *formulares*; posteriori *ritus*. *Solemnia Juris*, quæ in celebrandis actibus necessario observanda, dicuntur *intrinseca*, seu solemnitates intrinseca: Quæ vero *solemnia* in celebrandis actibus necessario non sunt observanda, dicuntur *extrinseca*, seu solemnitates extrinseca. Ad priores pertinet in Testamentis condendis heredis Institutio, ad posteriores numerus septenarius testium.

§. 12.

Actus, in quibus celebrandis solemnitates observandæ sunt, dicuntur *solemnis*; Actus, in quibus vel plane nullæ, vel tantum extrinseca observandæ sunt solemnitates, *minus solemnis* dicuntur; ut adeo actus minus solemnis validus tamen esse queat.

§. 13.

Complexus solemnium juris tam inquam extrinsecorum in actibus celebrandis observandorum, *Forma* dicitur.

§. 14.

Deficientibus solemnibus Juris, deficit conceptus Actus Juridici. Deficiente autem actus conceptu, nullum actum censendum esse, res aperta est. Ergo actus forma sua in minimo destitutus nullus est, etiamsi Lex actum expressis verbis non annullat.

DCCCCLXXXIV. De genuina

§. 15. Considerandum, sollicitudine necessitate intelligitur; sed actus validi

§. 16. Remotiones necessitate actuum in re naturalia, extraordinaria

§. 17. Actus dicuntur actuum Juridicorum in re naturalia & vicissim sunt. Hinc actus, alibi accidentalia & vicissim

§. 18. In locum actuum Juridicorum in re naturalia & salvando in re minimum actuum, negotiorumque Juridicorum in Differt. scripsit Christian. Per actuum in Codicillis converti dicitur in Clausula Codicillaris & omni

§. 19. Itaque dicta convertio locum obtinetur, quibus actus expediendi per se excludunt, neque 3) factis vel 4) substituendis forma sua d

§. 20. Actus actuum Juridicorum accessoria sunt. Quo pertinent Modus

§. 21. Modus dicitur factum committitur inquam finem obtinendum in 17. Si Testator ait: Meus heres sit: Meus soll auf diese 2

§. 22. Modus dicitur eventus futurus in re dispositio effectum Juris per se posteriori res Juris. Atque in re in casu nempe priori ipsius actuum, in posteriori resolutio

§. 23. Modus dicitur eventus futurus in re dispositio effectum Juris per se posteriori res Juris. Atque in re in casu nempe priori ipsius actuum, in posteriori resolutio

§. 24. Modus dicitur eventus futurus in re dispositio effectum Juris per se posteriori res Juris. Atque in re in casu nempe priori ipsius actuum, in posteriori resolutio

Bbbb

§. 15.

Quod rescindendum, subsistat necesse est. Quod igitur nullum est, rescissione non indiget; sed actus validi tantum rescindendi sunt.

§. 16.

Determinationes necessariz actuum Juridicorum dicuntur *substantialia*, ordinariæ *naturalia*, extraordinariæ *accidentalialia* eorundem.

§. 17.

Quæ alicubi actuum Juridicorum determinationes ordinariæ, alibi extraordinariæ & vicissim sunt. Hinc quæ alicubi naturalia actuum Juridicarum, alibi accidentalialia & vicissim sunt.

§. 18.

Si in locum actuum Juridicorum invalidorum validi substituuntur, pro obtinendo & salvando sine minimum in genere, substitutio illa dicitur *conversio actuum, negotiorumque Juridicorum jamjam peractorum* (de qua peculiarem Dissert. scripsit Christian. Ferdin. Harpprecht Tubingæ.). Ita Testamentum in Codicillos converti dicitur; huicque conversioni inaititur trita illa Clausula Codicillaris & omni meliori modo.

§. 19.

Si itaque dicta conversio locum obtineat, necesse est, ut 1) plures modi dentur, quibus actus expediri potuisset, iidemque 2) neque se invicem excludant, neque 3) factis vel verbis ab auctore excludi fuerint, actusque 4) substituendus forma sua destitutus non sit.

§. 20.

Varia actuum Juridicorum accessoria, eos vel alterantia, vel modificantia, sunt. Quo pertinent Modus, Conditio, Dies.

§. 21.

Modus dicitur factum commissivum vel omissivum, quod disponens in alio tanquam finem obtinendum intendit.

E. gr. Si Testator ait: *Mevius heres esto, ut Doctor fiat, quod perinde est, ac si dixisset: Mevius soll auf diese Art Erbe seyn, daß er Doctor werden muß.*

§. 22.

Conditio dicitur eventus futurus incertus, a quo dependet, an, vel quousque dispositio effectum Juris producat. In priori casu dicitur *suspensiva*, in posteriori *resolutiva*. Atque adeo in genere conditio est suspendens aliquid, in casu nempe priori ipsum effectum juris, dispositionem, seu ipsum Actum, in posteriori resolutionem ejus.

Bbbbbb 3

§. 23.

§. 23.

Quodsi etiam conditio ita adjecta supponitur: *si probaveris, Titium Consullem, nunc esse, aut fuisse*; dispositio tamen ab eventu futuro incerto probationis illius suspenditur; indeque fundamento caret distinctio conditionis in præsentem & præteritam.

§. 24.

Cum itaque modus effectum juris dispositionis, velut acquisitionem, in altero non suspendat, dispositio pura est; sicque modus & conditio multum differunt. Ille per particulam *ut*, hæc per particulam *si* denotatur.

§. 25.

Quoniam fieri potest, ut *Conditio* existat, igitur eadem adjecta *obligationem ad eventum expectandum operatur*.

§. 26.

Existente vero conditione, nova dispositione opus non est. *Hinc conditionis natura est, ut retrahatur & dispositionem purificet*.

§. 27.

Eventus futurus incertus vel possibilis, vel impossibilis est. *In priori casu conditio possibilis, in posteriori impossibilis dicitur*.

§. 28.

Impossibile est vel natura, vel secundum Leges tale. *Hinc etiam conditio impossibilis est vel lege, vel natura talis*. Illa quoque dicitur turpis, quatenus contra bonos mores est. Quia vero conditio impossibilis eventum futurum supponit, qui incertus non est, sed certo non exiturus, revera conditio non est, saltem decisoria. Cui annumeratur quoque *perplexa*, quæ obscure posita intelligi nequit.

§. 29.

Impossibile est vel absolute, vel respectivale. Ergo & conditio vel absolute vel respectivale talis, nempe respectu hujus vel illius est, quæ *magis difficilis* dicenda.

Conditio possibilis est vel *potestativa*, vel *casualis*, vel *mixta*. *Prima* dicitur, cujus implementum ab arbitrio ejus dependet, cui adjecta, *secunda*, cujus implementum ab arbitrio ejus, cui adjecta, non dependet, sed a casu vel voluntate tertii, *tertia*, cujus implementum partim ab arbitrio ejus, cui adjecta, dependet, partim non, seu a casu.

Mixta Jur. ff. est incognita & demum in l. un. §. 7. c. de Cad. toll. inventa, sine causa quidem, ut putat Ludovici ad Tit. XIV. L. II. ff. quod omnis potestativa simul a casu dependeat. Etsi autem hoc verum sit, non

tamen

conditionis implementum simul ab
Vnde merito arbitrium illud

§. 30.

actum voluntas vel expressa vel ta
tate conditio actui adijcitur.

ini tacita.

§. 31.

cum conditio tacita confun
tam vel legum dispositionem taci
promittit Calendis Januarii fol
ut ita venerint, in posteriori, si q
nascuntur, & Lege censetur adject
tati. Ea enim conditiones propr
que tacita voluntate suspendunt
erit promittens.

§. 32.

adeo nec expressio illius, quod ca
tem.

§. 33.

porro est vel affirmativa, vel neg
ciendo conditio, velut: si Romam n

§. 34.

atur tempus dispositioni adjectum.
quando sit exituram, velut si adijciatur
Dies certus, si vero non constar, a
si exiturum sit, incertus dicitur,

§. 35.

tem conditio & dies differre debe
quoque an certa, diesque incertus

§. 36.

tem conditio est: velut si dicam,
erit, vel cum consul factus fuerit
quis sit, quando dico, si Titius mo
erit, nullam esse divisionem conditionis
certa est dies certus: ille vero non semper
conditio, sed tantum, quando adijcitur para
dicam post triennium; minime vero, si ad

tamen omnis conditionis implementum simul ab arbitrio ejus, cui adjecta est, dependet. Vnde merito arbitrium istud fundamentum distinctionis constituit.

§. 30.

Quemadmodum voluntas vel expressa vel tacita est; ita & vel tacita vel expressa voluntate *conditio* actui adjicitur. Priori in casu dicitur *expressa*, posteriori *tacita*.

§. 31.

Proindeque cum conditione tacita confundenda non sunt ea, quæ propter naturam vel Legum dispositionem tacite insunt, velut in casu priori, si quis promiserit Calendis Januarii solvere, siquidem tacite inest, si Calendæ istæ venerint, in posteriori, si quis legaverit fructus, qui in fundo meo nascuntur, & Lege censetur adjecta conditio, si fructus ibidem fuerint nati. Ea enim conditiones proprie non sunt; neque enim expressa, neque tacita voluntate suspendunt obligationem, cum casus istos supposuerit promittens.

§. 32.

Atque adeo nec expressio illius, quod tacite inest, actum reddit conditionalem.

§. 33.

Conditio porro est vel affirmativa, vel negativa: illa in faciendo, hæc in non faciendo consistit, velut: si Romam non iveris.

§. 34.

Dies dicitur tempus dispositioni adjectum. Si de tempore isto constat, an & quando sit extitutum, velut si adjiciatur: post triennium, vel per triennium, *Dies certus*, si vero non constat, an, vel quando, vel an & quando simul extitutum sit, *incertus* dicitur,

§. 35.

Quoniam autem conditio & dies differre debent; ideo dies proprie dicendus, quando quæstio *an* certa, diesque incertus quoad *an*, vel quoad *an* & quando proprie conditio est: velut si dicam, si pubes factus fuerit S. annum 14. attigerit, vel cum consul factus fuerit: cum e contrario dies proprie incertus sit, quando dico, si Titius mortuus fuerit.

§. 36.

Vnde statim liquet, nullam esse divisionem conditionis in certam & incertam. Conditio certa est dies certus: ille vero non semper suspendit perfectionem actus, sicut conditio, sed tantum, quando adjicitur per modum Termini a quo, veluti si dicam post triennium; minime vero, si adjicitur per modum

modum Termini ad quem, velut per Triennium. Nec dies incertus semper conditio est, sed ab ea differt ratione quæstionis an, quæ in die proprie sic dicto semper certa est.

§. 37.

Demonstratio dicitur descriptio personarum vel rerum, ut eo certius præter nomen cognoscantur. Ita e. gr. quoad res a loco desumitur v. gr. centum, quæ in arca habeo.

§. 38.

Demonstratio igitur desumta ab eventu, eum plerumque signat præteritum, consequenter a conditione differt, utpote quæ futurum eventum supponit.

OBSERVATIO DCCCCLXXXV.

Parocho non omne Jus dirigendi exequias & disponendi de funere denegandum est.

Sicuti Parocho non omne jus dirigendi ea, quæ ad cultum sacrum & liturgiam spectant, denegandum, ita nec idem ipsi quoad funus solenne denegari potest, ut nempe rite & consuetis fiat liturgiis; quo respectu quoque sepultura ad jura Parochialia spectat.

Quam ob rem Facultas Mensæ Maji 1739.

Obwohlen Fiscalis anführet, wasmassen, als die Pürschmeisterin ihren verstorbenen Sohn des Abends mit Laternen, einem starken Conduct und grossem Gepränge beerdigen lassen, beklagter Pastor es eigenmächtig zugegeben, und der Beerdigung selbst mit bengewohnet, solchemnach einen Eingriff in die Landesherrliche Jura gethan, und also sich straffällig gemacht habe, sintemahlen sich dergleichen auf denen Dörfern niemand, er seye, wer er wolle, ohne gnädigste Special-Concession unterstehen darf, gleichwie überhaupt bekannt, jus circa liturgica soli principi competere,

Boehm. I. E. Pr. T. 3. Diff. 2. §. 69.

auch in specie ausgemacht: potestatem de ceremoniis in funere adhibendis primario ad Consistorium spectare, non vero ad Parochum & sic ejus parochiale jus ad dispositionem exequiarum se non extendere,

Boehmer I. P. S. IV. c. 11. §. 16.

wozu noch kommt, daß ein Hochfürstl. Rescriptum Consistoriale ergangen, vermög dessen denen Stadtpredigern im ganzen Lande anbefohlen worden, daß sie niemand ein Abend, Leichen, Begängnuß mit vielen Laternen, Conduct

OBSERVATIO

quatenus juxta legem
transigere p

minim laiffime explicatur
nationem pecunia intervenien
tali alio firminam pecunia in
pecunia retinet, leno sic
vero nulla pecunia vel sp
quando quis stupratam

ni Obsrv. Tom. III.

duct und anderen Gepränge verstaten sollen, es wären denn dem Wayssens-
hause wenigstens 6. Rthlr. entrichtet worden.

Jedemoch aber und dieweilen sepultura in se quoad locum & modum
arbitraria ist,

Bohm. I. E. L. III. tit. 28. §. 2.

gleichwie auch überhaupt liturgiæ in se indifferentes und arbitrariæ sind,

Idem cit. Diff. præl. §. 91.

solchemnach wenn das Arbitrium dabey restringirt seyn soll, ein Lex erfor-
dert wird, dergleichen aber in præsentis casu nicht vorhanden: denn was das
angezogene Rescriptum Consistoriale betrifft, dasselbe blos Stadtprediger
angehet, einfolglich als odiosum propter prohibitionem, quam continet,
restringiret ist, mithin auf Dorfprediger nicht extendiret werden muß, sol-
chemnach ohne einen Eingriff in die Landesherrliche Jura, die Leiche mit La-
ternen zu beerdigen von Beklagten hat zugegeben werden können, wo zumah-
len an seinem Ort bey Nacht Todte zu begraben nicht verboten, und also
die Nothwendigkeit Laternen erfordert, ausserdem auch Christliche Ceremo-
nien, als eine Procession, bey jeder Leichenbegängnis üblich sind, hingegen
aber kein Excess bey denen Solennitäten vom Fiscali erwiesen, vielmehr er-
scheinet, daß es bey denen bisherigen Begräbnisgebräuchen gelassen worden,
endlich von ostbelobtem Herrn Böhmer selbstem l. c. einem Parocho nicht
omne jus dirigendi exequias & disponendi de funere abgesprochen, sondern
auch de funere solenniter ducendo einige Disposition eingeräumet wird; Als
ist Denunciat von der gegen ihn beschehenen Denunciation gänzlich loszu-
gehen.

Marburg, den 19. May 1738.

OBSERVATIO DCCCCLXXXVI.

An & quatenus juxta legem 18. C. de transact. super adulterio
transigere prohibitum sit?

Lenocinium latissime explicatur, adeo, ut etiam conniventiam &
transactionem pecunia interveniente complectatur; imo maritus, qui stu-
pratam ab alio sceminam pecunia interveniente duxit, vel ignoranter du-
ctam pro pecunia retinet, leno fit & ab officio expellatur.

Vbi vero nulla pecunia vel spes lucri intervenit, ibi lenocinium ces-
sat: velut quando quis stupratam gratis ducit, aut retinet.

Hinc & tunc dictæ Legis prohibitio quoad transactionem quæst. cesset necesse est: uti etiam Facultas Mensæ Jun. 1736. pronunciavit.

Nachdem Beklagter pleno ore eingestanden, daß er den Vergleich zwischen R. und H. zu Stande gebracht, scheinete es, als wenn er sich dadurch eines höchst strafbaren Verbrechens schuldig gemacht, inmassen er durch sothanen Vergleich contra interesse principis gehandelt, und dasselbe zu defraudiren gesucht, wenigstens voluntatem, das Interesse Fiscii zu defraudiren gehabt, wenigstens er das Adulterium anzeigen, oder die R. nicht eyndlich vinculiren sollen, dasselbe zu verschweigen, bevorab da der L. 18. C. de transact. transactionem super adulterio ausdrücklich verbietet; somit es das Ansehen gewinnen will, als könnte Beklagter nullo modo der gebührenden Strafe entgehen, indem dieser Lex generaliter alle transactiones super crimine adulterii ex ratione illa verbiete, weilten dieses ein Crimen toti civitati probrosum wäre, woraus gravissima mala und occasio cædium entstehen könne, daher der Republic daran gelegen, illud non occultari, so aber admissa transactione geschehen und hoc scelus impunitum bleiben würde.

Jedemnoch aber und dieweilten bekannten Rechts: transactione de Crimine publico nullum afferri præjudicium alii accusatori, qui non transigit, vel etiam Magistratui,

Struv. Exerc. VI. §. 61.

Lauterb. in Colleg. theor. pr. L. II. tit. 15. §. 23.

wie denn auch die Sache zur Inquisition gediehen und Inquisit H. Actis testantibus etlich und 20. Rthlr. pro abolitione entrichten, auch die R. ihre verdiente Strafe leiden müssen, solchemnach nicht einmahl bey Beklagten voluntas, dem Interesse Fiscii zu nahe zu treten, angenommen werden kan, vielmehr weil sothaner Vergleich salvo jure tertii & Magistratus officio vorerlaubt zu halten, sein Unternehmen zu loben, daß er den Parthenen dazu gerathen, und da er satisfactionis publicæ gratia die Crimina zu denunciiren nicht verpflichtet, ihm auch ob omisam denunciationem keine Strafe zuzuerkennen, so zumahlen clausula juratoria nicht die Verschweigung des Adulterii, sondern blos den ins künfftig an H. zu machenden Anspruch angehet; Sodenn L. 18. C. de transact. belangend, so hat selbiger vermög seiner Raison, welche Giphanius ad d. l. suppeditiret, quod nempe in hoc delicto transactio Lenocinii speciem præ se ferat, quod delictum tempore Justiniani admodum frequens erat,

vid. Nov. 14.

hier im geringsten nicht statt, weil niemand sagen wird, daß der Vergleich quæst.

DCCCCLXXXVII. De Juribus

in libentium in sich enthalte, u
 ist nicht richtig gemacht, daß er (H)
 durch eine Satisfactione priv
 in unum corruptionem zu allegiren
 des generalis limitanda, quoniam
 in unum, ita & limitatur;
 ist die Sache des Euche Beantw
 dinsten besungen, daß er et super la
 eines Vergleich gesucht; mitbin
 daß die von Fiscali angeführte Sla
 dinstlich davon zu abolviren soq.

OBSERVATIO DCC

Johas circa Eucharistiam inter

§. 1.
 circa dicitur complexus Ceremoni
 oras culus divinus extenuis per

§. 2.
 in proin Liturgia est medium ex
 equat hic primarius sit, suscepti
 ritibus Ceremoniis minutatur
 mudo est, quo medium ad finem

§.
 Ceremoniis ille istaque extrin
 et vel non. In casu priori ad
 ite adelle possunt. Atque sic
 culus divini essentia, p
 que pertinent Altare, vel
 quæstionem 2) Liturgia quoad
 ritibus minutatur, quoad posteria
 ita dicitur prohibetur est; Hæcque a
 quæstionem, vel ex observantia,
 ita d. 1) per Varietate Cœterum
 ritibus, quæstio) mutabilis es

Cco

quæst. ein Lenocinium in sich enthalte, und dessen Stifter sich criminis hujus dadurch schuldig gemacht, daß er stupratam absque spe lucri bewozgen, vielmehr mit einer Satisfactione privata zufrieden zu seyn, als denunciando propriam turpitudinem zu allegiren, ex qua ratione dispositio legis alleg. generalis limitanda, quoniam dictam per rationem quemadmodum ampliatur, ita & limitatur;

Als ist bey solcher der Sache Bewandtnis nicht zu ersehen, was sträfliches Beflagter begangen, daß er es super satisfactione privata mit der stuprata zu einem Vergleich gebracht; mithin erscheinet hieraus allenthalben so viel, daß die von Fiscali angestellte Klage ungegründet, einfolglich Beflagter lediglich davon zu absolvireⁿ seye.

OBSERVATIO DCCCCLXXXVII.

De Furibus circa Eucharistiam inter Protestantæ Collegialibus.

§. 1.

Liturgia dicitur complexus Ceremoniarum aliorumque extrinsecorum, quibus cultus divinus externus peragitur.

§. 2.

Ac proin Liturgia est medium excitandi Cultum divinum internum. Cum igitur hic primarius sit, superfluis autem ceremoniis æque, ac sublatis profus Ceremoniis minuatur: *Liturgia quidem necessaria, sed eo modo instituenda est, quo medium ad finem suum consequendum evadat.*

§. 3.

Ceremoniæ illæ istaque extrinseca vel in Sacra Scriptura præscripta sunt, vel non. In casu priori nunquam abesse, in casu posteriori vero abesse & adesse possunt. Atque sic 1) prioris speciei Ceremoniæ, aliaque extrinseca cultus divini *essentialia*, posterioris vero *accidentalibus* Liturgiæ dicenda, quo pertinent Altare, vel ejus loco Mensa, lumina, suggestus &c. consequenter 2) Liturgia quoad Ceremonias aliaque extrinseca prioris speciei *universalis*, quoad posterioris vero speciei Ceremonias & extrinseca alia *particularis* est; Hæcque adeo 3) quemadmodum Jus Ecclesiasticum positivum, vel ex observantia, vel ex Legibus, vel Canonibus derivanda & 4) pro Varietate Cœtuum variat tam inter Pontificios, quam Protestantæ, ac porro 5) mutabilis est.

Liturgia Ecclesiæ Romanæ, ceu Matris, quæ alias quoque *Officium Romanum* dicitur, ab omnibus Cœtibus Religionis Catholicæ maxima parte recepta, adeoque fere universalis Pontificiorum Liturgia est. Quæ etiam Ratio, cur Liturgia apud Pontificios in Lingua latina celebrari soleat.

Juxta Officium Romanum autem inter ipsos Pontificios Liturgiæ particulares receptæ sunt & *Officia diœceseos* dicuntur. Ad hæc nota ipsam Institutionem Baptismi & S. Cœnæ ad essentialia, diversas autem in iisdem Sacramentis administrandis adhiberi solitas Circumstantias ad accidentalia Liturgiæ pertinere.

De Liturgia Romana conferantur Cardinalis BONA Libri Rerum Liturgicarum & DVRANDI Rationale divinorum Officiorum. Liturgia enim Officium & Ministerium Sacrum vocatur, sicut *λεειτουργία* quodvis Ministerium, notante *Casaubono (a)* significat.

§. 4.

Liturgia est vel publica, vel privata. Illa, quæ in publico loco, cum Clangore & Strepitu Processionum publicarum, adhibitis nempe campanis & Organis pnevmaticis peragitur. Dicitur quoque publicum Religionis Exercitium. Ad quod igitur pertinent Tempa cujuscunque generis. Privata est, quæ a Populo in loco privato, ædibus nimirum privatis vel alio loco separato, sine clangore & strepitu campanarum & Organorum pnevmaticorum Musicorum peragitur. Dicitur quoque exercitium Religionis privatum. Quod igitur Verbi divini Ministros admittit, sicut illud, sed in ædibus privatis. A quo differt devotio privata, seu domestica, qua singulis una cum domesticis vel Domi, Preces & Cantationes, sed sine strepitu & turba, permixtæ, vel in Vicinia publicæ & privatæ Liturgiæ interesse licet.

§. 5.

Pro hac diversitate omnino Libertatem Conscientiæ, quæ finis Pacis Religiosæ & Westphalicæ est, dividere licet in plenam & minus plenam. Quarum prima dicitur, quæ publicum Religionis Exercitium cum omnibus inde dependentibus Effectibus continet; altera vero, quæ illo destituta & vel privato vel devotioni domesticæ nemini auferendæ relicta. Ultima minimum Libertatis conscientiæ gradum constituit (b).

§. 6.

(a) ad Baron. Ex. XVI. §. 41.
T. II. l. E. Pr. præmiss. §. 37.

(b) Bœhmer in Diss. de Jure circa Libert. Consc.

§. 6.

Libri, in quibus Liturgia præscripta, vocantur Liturgici, Kirchen Agenden.

§. 7.

Liturgia in primitiva Ecclesia ad Morem Synagogarum Judaicarum instituenda erat, quia ab Origine Christiani inter Judæos, ceu Judæi conversi, vivebant; neque tamen Religionem suam publice, nec nisi in Synagogis Judæorum exercere poterant (c). Quam ob causam quoque commendandus Liber VITRINGÆ de Synagoga veteri.

§. 8.

In primitiva Ecclesia Liturgia consistebat 1) in Concionibus, prælectione Evangeliorum & Homiliarum, 2) in Precibus seu Orationibus, 3) in Cantionibus, ceu Precibus rhythmis comprehensis, sicut ejus rei Testimonium luculentum perhibet Justinus Martyr in Apolog. II. in fine. Ad Preces 4) referebatur Musica tam instrumentalis, quam vocalis, ad quam jam Paulus Ephesos adhortatus in Epist. V. 19.

Musicam (die Kirchenmusic) jam apud Judæos in usu fuisse ex 2. Paralip. V. 13. liquido apparet, deque ea statuta Concilii Laodic. c. 15. & 17. ac Trullani c. 75. extant.

§. 9.

Ad Preces adhuc referebatur 5) Eucharistia, utpote quæ non est, nisi Gratiarum actio pro Beneficio Redemptionis. Nam εὐχαριστία idem significat, ac gratias ago. Matth. XXVI. 21. & Luc. XXII. 19.

§. 10.

Introducta est Eucharistia a Christo ad imitationem Sacrorum Conviviorum & post-coeniorum vespertinorum apud Judæos. Vnde denominatio ejus Abend: sive Nachtmahl, vel potius Nachmahl. Post-coënia nimirum post convivia a Patribusfamilias celebrabantur, Panem & Vinum convivis porrigendo.

Quemadmodum autem post-coënia in genere Diebus Festis, median-tibus Precibus & Hymnis in Memoriam Beneficiorum divinatorum in iis perceptorum (d), ita in Festo Paschæ in specie in Memoriam Redemtionis ex Egypto, adhibito pane azymo seu non fermentato, celebrabantur. Vnde Paterfamilias Panem convivis porrigens dicebat: *Hic est Panis, quem*

Cccccc 3

quem

(c) conf. Simonville comparatio Ceremoniarum Judaicarum, (d) conf. Schuppius de Epulis & conviviiis Judæorum sacris.

quem Patres nostri in exodo ex Egypto comederunt. Cui Redemtionem Christus in Festo Paschæ mediante hymno post-cœnium ad Morem Judæorum adhibito pane azymo & Viao, seu germine vitis celebrans, Redemtionem suam ceu majus Beneficium surrogavit verbis: *Nehmet hin und esset, das ist mein Leib* &c. *nehmet hin und trinfet, das ist der Kelch des neuen Testaments in meinem Blut* &c. Solches thut, so oft ihrs thut, zu meinem Gedächtniß. Quæ convivia cum Apostoli continuarent (Actor. II. 46.) illa Agapæ (Liebesmahl) dicebantur, quæ post-cœnia itidem annexa habebant, modo in memoriam Domini ejusque Passionis, mediantibus hymnis & Precibus, quæ εὐλογίας Nomine veniebant, celebrata. Vnde ipsa Eucharistia Cœna Domini vocata (1 Cor. XI. 20.) Agapæ vel privatæ vel publicæ erant. Priores a quolibet Patrefamilias in ædibus suis, posteriores autem publice in Ecclesiis omnium Convivarum Contributione Panis & Vini celebrabantur, admissis tam divitibus, quam pauperibus (1 Cor. XI. 20.). Et quidem tunc primitiva Ecclesia curam Agaparum & post-cœniorum, ceu jura societatis, Presbyteris & Episcopis commisit. In quorum locum cum Domini Regionum Germaniæ successerint; collectu facile est, quod 1) Jura circa Eucharistiam collegialia, nec Majestatica, adeoque modo conscientiæ, id est primitivæ Ecclesiæ seu Apostolicæ (habita simul ratione circumstantiarum nostrarum) conformi, exercenda sint (conf. Opusc. T. III. Op. IV.) 2) plura ex eo principio deducere liceat, quod S. Cœna communionis Ecclesiasticæ character sit, 3) Jura ista non nisi Principi A. C. competere queant (cit. Opusc. §. 50. & Art. V. §. 48. Instr. P.).

§. II.

